

ANNOTATIONES  
 RENATI GVILLONII  
 IN GRAMMATICAM  
 GRAECAM CLE-  
 NARDI.



Alpha, vita, &c. Clenardus pag. 3.



P V D Græcos literæ sunt tantum viginti quatuor: quarum figuræ, nomina & potestates (quæ tria literis cuiuscunque linguæ accidunt) deinceps collocantur apud Clenardum pag. 3. Figura enim id nec dubiè est quod certis lineamentis atque tractibus, literæ corpus depingit. Nomen est ipsius elementi appellatio. Potestas verò, literæ ipsius valore pronuntiatione indicat. Multiplex quidem certè & varia est cuiusque literæ figura, cuius varietatem colliges tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui vulgi manibus quotidie teruntur. Idem de earundem nomine & potestate facito.

Vocales longæ η, ω, &c. Clenardus pag. 4. ver. 1,

Capitalis & primaria omnium literarum Græcarum diuisio est, ut illas findas in Vocales septem, & in septendecim Consonantes. Vocales deinde subdividas in longas, η, ω: in duas breves, ε, ο: & in tres ancipites, α, ι, υ. Longæ sunt, quæ semper longam efficiunt syllabam, nisi quum terminant dictionem, & sequens dictio incipit à vocali: tunc enim vocales natura longæ, & diphthongi omnes communem faciunt syllabam. Animaduersione igitur dignum, η, ω, in capite seu initio dictionum, in medijs item dictionibus, in fine dictionum se-

a                      quente

quente Consonāte, perpetuò longas esse. Et si cōti-  
gerit (vt dixi) illas finire dictionem, & sequentē di-  
ctionē incipere à Vocali, tum  $\eta$  &  $\omega$ , omnes præter-  
eà diphthōgi tam propriæ quā impropriæ (quæ &  
suapte natura longæ sunt, haud secus atq;  $\eta$  &  $\omega$ ) in  
carmine redduntur ancipites. Proinde ante Voca-  
lem sitæ, poëtica licentia sæpissimè corripuntur.

Breues vocales,  $\epsilon$ ,  $o$ , sunt, quæ semper breuem  
faciunt syllabam, nisi extendatur positione. Fit au-  
tem & Græcis & Romanis positio, quādo post vo-  
cales natura breues (cuiusmodi apud Græcos sunt  
 $\epsilon$  &  $o$ ) duæ subsequuntur Consonātes: vt  $\epsilon\rho\kappa\theta$ , se-  
ptū seu vallū:  $\delta\rho\mu\eta$ , id est eruptio, motus, impetus,  
in quibus  $\epsilon$  &  $o$  positione producuntur. Et apud Lati-  
nos, Arma virūmq;, &c. Aut quādo litera duplex,  
nempe  $\zeta$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ , sequitur, quarum duplicium vna  
quælibet æquè pollet, atque duæ simplices Conso-  
nantes, vt infra,  $\sigma\upsilon\upsilon\delta\epsilon\omega$ , docebimus inter ipsarum  
duplicium excutiendum potestatem.

Ancipites siue Communes,  $\alpha$ ,  $\iota$ ,  $\upsilon$ , Græcis di-  
cuntur  $\tau\acute{\alpha}\delta\iota\chi\rho\nu\alpha\ \phi\omega\nu\acute{\iota}\nu\alpha$ , id est, bitemporæ Vo-  
cales, quia duorum sunt temporum, & ancipitis  
quātitatis, nunc breuem, nunc longam constituē-  
tes syllabam, Non Hercule in eadem dictione, sed  
in quibusdā productæ, in aliis verò correptæ vsur-  
pantur. Dico itaq;  $\alpha$ ,  $\iota$ ,  $\upsilon$ , non ideò vocari  $\delta\iota\chi\rho\nu\alpha$ ,  
quòd ad cuiusvis arbitrium, vt quidam existimāt,  
in vna eadēque dictione & produci & corrip-  
queāt, sed eo modo  $\delta\iota\chi\rho\nu\alpha$  esse, quo omnes Voca-  
les apud Latinos: ita quòd in hac dictione omnino  
producantur, in illa corripantur, vt fusiùs doceb-  
imus in nostro Enchiridio ad cognitionem Accen-  
tuum

rum & quantitatem syllabarum.

Tu rursum subdividito septem Vocales in Mutabiles & Immutabiles: Mutabiles tres,  $\alpha$ ,  $\epsilon$ ,  $\sigma$ , quæ id nominis sortitæ sunt, quia in capite thematis ali cuius Verbi cõstitutæ, in Verborum Præt. mutantur, nempe  $\alpha$  &  $\epsilon$  in  $\nu$ : &  $\sigma$  in  $\omega$ : eodem quoq; modo in primo Futuro quorundam Verborum sextæ Coniugationis, & in thematibus Verborum in  $\mu$ , si in sexta fuerint formatiua. Quid formatiua litera sit, videbis paulò post. Immutabiles quatuor sunt,  $\eta$ ,  $\iota$ ,  $\upsilon$ ,  $\omega$ : quæ si in Verborum thematibus fuerint capitales, seu initiales, in Præteritis non mutantur.

Diphthongi propriæ, &c. pag. 4. ver. 7.

Ex simplicibus præscriptis Vocalibus coalescunt ac conflantur Diphthongi duodecim, quæ diuiduntur in proprias Diphthongos, & improprias. Propriæ sunt sex, quas discas ex Clenardo: quæ, ut placet Grammaticis, ita dicuntur, quod naturalis pronuntiatio illas postulet: quippe quæ eo quo scribuntur modo & proferuntur, aut certè proferri debent. Impropriæ contra sic dicuntur, quod pronuntiatio naturalis illas non requirat. Tu eas divides in  $\acute{\alpha}\phi\omega\nu\nu\varsigma$  &  $\kappa\alpha\kappa\omega\phi\omega\nu\nu\varsigma$ . Tres sunt  $\acute{\alpha}\phi\omega\nu\nu\varsigma$ ,  $\alpha$ ,  $\eta$ ,  $\omega$ , quæ quia scribuntur quidem, sed non proferuntur, præterquam instar simplicium Vocalium  $\alpha$ ,  $\eta$ ,  $\omega$ , sine punctis subtus, quæ polleat iota, meritò profecto diphthongi hæ tres  $\acute{\alpha}\phi\omega\nu\nu\varsigma$  vocitantur, hoc est, mutæ, seu obmutescentes: tu vnica dictione a sonas vocares, si dictione Latina cum Græca compositionem reciperet: dicuntur enim quasi  $\acute{\alpha}\nu\upsilon \tau' \phi\omega\nu\nu\varsigma$ , quod voce careant saltem diphthongata, ut sic, docendi gratia, dixerim. Tres reliquæ  $\nu\upsilon$ ,  $\upsilon$ ,  $\omega\upsilon$ , ob duriusculam

proprias Diphthongos parit, *ei, eu*: *o* item proprias propagat, *oi, ou*, *n* autem & *ω*, Diphthongos tantum improprias *nu, n̄, ωu, ω̄*. Antiqui enim (ne quid silentio supprimam, quod sit operæpretium) aut non suppingebant prorsus iota in Diphthongis *ei, n̄, ω*, quem morem adhuc retinuerunt Dores: aut certè ea utebantur figura, qua paulò antè depinximus *y*; hoc videlicet modo pingentes, *ei, ni, ωi*: sed quia & scriptores & Calcographi in forma earum depingenda, sæpius ac numero hallucinabantur, diphthongos plerunque proprias impropriarum vice depingentes; ob id aliud commentum subiit animos eruditorum: nempe ut punctum exile substerneretur, subiaceretve corpori ipsius Vocalis, aliqui præpositiua: quod quidem punctum designaret siue polleret iota. Veruntamen illud esse prætermittendum videtur minimè; videlicet *v*, non solum subiunctiuam esse vocalem in Diphthongis *au, eu, ou, nu, ωu*, sed etiam præpositiuam in Diphthongo impropria *y, yds, μ̄ν̄ια, ἀπ̄ρυα*, & in consimilibus; quæ innumera sunt, quæque possis ipse venari tibi, legendo classicos autores. Quandoquidem autem non ita multò antè vocales diuisimus in Mutabiles, & in Immutabiles, eadem quoque diuisio in diphthongos proprias non inconcinnè cadit: siquidem earum quædam sunt mutabiles, utpote *ei, au, oi*: quædam verò immutabiles, nimirum *ei, eu, ou*: de quarum & transmutatione & statu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tractatione **Augmenti temporalis Verborum**.

Mut e

Mutæ	{	Tenuēs	ω, κ, τ,	} pagina 4. versu 10.
		Mediæ	β, γ, δ,	
		Adspiratæ	φ, χ, θ,	

Diximus paulò antè Consonâtes secūdam constituere partem generalis diuisionis literarū apud Græcos, quæ profectò subdiuidendæ sunt in Mutas, Duplices, Liquidas, & in σ: & sic in septem Vocalibus, nouem Mutis, tribus Duplicibus, quatuor Liquidis & σ, habes iustū numerū viginquatuor literarū Græcarū. At subdiuidere denuò debes Mutas nouē, in tres Tenuēs, ω, κ, τ: tres Mediās, β, γ, δ: & tres Adspiratas, φ, χ, θ: quæ duobus modis considerantur. Priore modo sic, recto videlicet ordine, ω κ τ, β γ δ, φ χ θ, & hoc modo fermè per se & sine relatione aliarum ad alias expenduntur. Posteriori autem modo illas consideraueris ordine in formula proposita transuersariò, nempe à summo deorsum, sic ω β φ, κ γ χ, τ θ θ, vt ω & φ extremorum contrariorū rationem obtineāt, haud secus atque album & nigrum apud Philosophos. Idem de reliquis Mutis iudicium, nimirum vt Tenuēs semper propriis opponantur Adspiratis: è contrariò verò Adspiratæ tenuibus, quia naturam inter se contrariam sortiuntur. Intericiantur autem mediæ, quòd mediani quandam rationem & naturam habeant inter vtrasque extremas, inter Tenuēs videlicet & Adspiratas.

Tenuēs idè sic nuncupâtur, quòd sine vllo spiritu denso ac sibilante proferantur. Adspiratæ contrà: quia cum spiritu crasso, denso, spumoso, & cum sibilo proferuntur. Mediæ autem, vt diximus, cum vtrisque extremis ita cōsentiunt, vt nec pro-

sus spiritu careant, nec prorsus ad spumofum flatum Adspiratarum accedant, Isthæc autem Mutarum oppositio inter se ideò fit, quia aliæ in alias sæpissimè migrant, vt faciliè coniecere licet in deductione aliorum Temporum ex aliis in Coniugationibus Verborum. Hic obiter notandum, primum ordinem contrariorum primam constituere Coniugationem, vt  $\omega, \beta\omega, \varphi\omega$ : & secundam, vt  $\kappa\omega, \gamma\omega, \chi\omega$ : tertium item tertiam, vt  $\tau\omega, \delta\omega, \theta\omega$ . Hactenus de Mutis.

Duplices ζ, ξ, ψ, pag 4. ver. 24.

Duplices idcirco dicuntur, quia duarum vim habent simplicium Consonantium, in easq; non raro explicantur & dissoluntur, quum ex illis Analogicè conficiantur. Atq; adeò tres sunt, ζ, ξ, ψ: quarum ζ fit ex  $\omega$ , vel  $\sigma\delta$ , & in eas sæpissimè resoluitur, præsertim apud Dores: vt pro  $\sigmaυζίζ\omega$ , &  $\thetaζ\omega$ ,  $\sigmaυξισ\delta\omega$  &  $\theta\sigma\delta\omega$  scribunt Dores:  $\mu\acute{\alpha}\alpha\omega$ , id est, pinso, inde  $\mu\acute{\alpha}\xi\alpha$ , quam Latini usurpata dictione Græca massam vocant. ξ autem non tantum  $\kappa\sigma$ , sed &  $\gamma\sigma$ , &  $\chi\sigma$  valet: vt  $\mu\acute{\nu}\xi\alpha\xi$ , id est, barba menti: à quo nomiue, resolutio ξ in  $\kappa\sigma$ , atque adeò inter utrunque collocata vocali  $\sigma$ , fit casus gignendi, & alij pariter obliqui casus: vt  $\mu\acute{\nu}\xi\alpha\kappa\sigma$ ,  $\mu\acute{\nu}\xi\alpha\kappa\iota$ , &c.  $\theta\acute{\omega}\xi\alpha\xi$ ,  $\theta\acute{\omega}\xi\alpha\kappa\sigma$ , & id genus alia. Sed aliquando, vt dixi, in  $\gamma\sigma$  explicatur eadem ratione seruata quæ in  $\kappa\sigma$ : vt  $\acute{\alpha}\rho\xi\alpha\xi$ ,  $\acute{\alpha}\rho\xi\alpha\kappa\sigma$ . Item in  $\chi\sigma$ , vt  $\theta\rho\xi\xi$ ,  $\tauειχ\acute{\omicron}\sigma$ . Verum enimuerò ψ, seruata præterea ratione ea, quæ in superioribus, dissoluitur plerunque in  $\omega\sigma$ , inserta vocali, vt inde confurgat obliquus casus in nominibus: vt  $\kappaυκλ\omega\psi$ ,  $\kappaύκλ\omega\psi$ ,  $\acute{\omega}\psi$ ,  $\acute{\omega}\psi\acute{\omicron}\sigma$ . Aliquando verò in  $\beta\sigma$ , interiecta vocali

vocali: vt ἄραϕ, ἄραβϑ, φλάϕ, φλεβός. & aliquando in φσ: vt σκίραϕ, σκίραφϑ: & alia eiusdem modi plurima.

Liquidæ, siue Immutab. pag. 4. ver. 27.

Quatuor sunt liquidæ Græcis, λ, μ, ν, ρ, totidem Latinis, & eadem, aut saltem eiusdem potestatis, l, m, n, r. Sed Græcis prætereà Immutabiles vocitantur, quòd non mutantur, migrantve in alias Consonantes, neque in Declinationibus Nominum: vt τῆλμ, addendo os, non mutato ν finali litera recti, fit Genitiuus τῆλμϑ: sic δάμαρ, δάμαρῆϑ. Neque in verborum Coniugationibus, vt ψάλλω, μ, ψάλλω: νέμω, μ, νεμῶ: in utroque tempore λ & μ immotæ manent: sed quemadmodum præsentis, ita futuri literæ sunt characteristica.

Σ omissum à Clenardo.

In consonantium subdiuisione omisit σ Clenardus: idque fortasse de industria, quòd non sit de classibus Mutarum, Duplicium, Liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis, neque media, neque adspirata. Ad hæc non duplex, quum non æquiualeat duabus simplicibus cōsonantibus: nec tandem immutabilis, quum in casu gignendi plerumque mutetur in τ, δ, θ: vt λέβης, λέβῆϑ, μένας, μέναδϑ: ὄρνις, ὄρνιθϑ. Proinde σ à quibusdam μοναδικόν, id est, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis dicitur: à quibusdam verò ἄσημον, id est, sine nota & signo, quòd aliarum consonantiū notas iniustas habeat minimè: nepe vt vel muta dicatur, vel duplex, vel liquida: sicuti in grege ouiuū, cæteris ouibus signatis, si earum aliqua non sit eodē quo alię signo insignita & notata, illa vocatur ὄρις ἄσημϑ,

a 5 quasi

quasi nulla signatione signatam ouem dicas.

Accentus tres, &c. pag. 1. ver. 3.

Accentus à Verbo Accino dictus, quòd accinat dictioni quã afficit. Huic Nomini respondet Græca vox *προσῳδία*, à *πρός*, id est, ad: & *ὄδῃ*, carmen, canticum. Est autem Accentus pronuntiãdii ratio, syllabæ accidens. Syllabarú porrò aliæ longæ, aliæ breues, & aliæ ancipites, quæ pro ratione quantitatis suæ acuuntur aliæ vel grauantur, aliæ verò circumflectuntur. Itaque tres sunt Accentus, Acutus, Grauis, Circumflexus.

Acutus sic pingitur, fitque ex sinistra parte maiusculæ literæ lambda  $\Lambda$ .

Grauis ex eiusdem parte dextera.

Circumflexus ex vtraque  $\Lambda$ , aut sic  $\sigma$  ex superiori parte literæ  $\theta$ , qui & hoc modo ornanda potius scripturæ, quàm vllius necessitatis ergò notatur.

Notandum obiter, Græcos in assignandis Accentibus solitos esse singularum dictionũ syllabas ordine præpostero & retroacto supputare, nimirũ incipiẽtes ab vltima, à qua fit progressus ad penultimam, & à penultima ad antepenultimam. Ultra antepenultimam non retroagitur accentus, neque apud Græcos, neq; apud Latinos. At in hoc differunt Latini à Græcis, quòd Latini, vt proprium dictioni cuique assignent Accentum, penultimæ syllabæ dictionis illius quantitatem perpendunt: vt quũ dõminus penultimã habeat breuẽ, ideò eius accentus in antepenultimã retrahitur syllabã. Dicimus ergo, Bárbara, pyrámidum, síleat, mirácula, Mémphis: acuedo in singulis polysyllabis declinabilibus vocibus antepenultimam propter penulti  
mam



nam breuē: quæ si longa foret, Accentū perpetuò retineret: vt meditat̄is auēna. Veruntamen in dictionibus dissyllabis, siue longa siue breuis sit penultima (voco autem illam Penultimam, quæ anteit proximè vltimam dictionis cuiuslibet syllabā, etiam si prima sit dictionis, vt in Dissyllabis omnibus) eidem penultimæ perpetuò insidebit accētus. Exemplum de longa penultima, vt tégmine fagi, línquimus árua, léntus in úmbra. De breui, vt Déus, áqua, mánuſ, & reliqua cohors dissyllaborū id genus. Solæ autem indeclinabiles voces apud Latinos accentum in vltima syllaba accipere possunt, cuiusmodi sunt porrò, ergò, maximè, & similes. Vtusus tamen in omnibus frequentior præualeat. Verumenimuerò vltimæ syllabæ quantitas apud Græcos expenditur, atque adeò pro ratione quantitatis vltimæ assignatur apud eos accentus, nunc in eadem vltima, nūc in penultima, nunc in antepenultima, vt nos docebimus fusiùs in nostro Enchiridiò ad notionem accentuum. De locis autem singulis singulorum accentuum id interrim est prælibandum, Acutum utpote in dictionibus tres sedes sibi vindicare, vltimam, vt θεός. ὄσ enim vltima syllaba acuitur: penultimam, vt λόγος, ἦρας: antepenultimam, vt τὴν πλοῦτον, παράκλησιν. Et verò solus Acutus, sua veluti prærogatiua, antepenultimæ insidere potest. Siquidem Circumflexus duas tantum sedes occupat: vltimam, vt ποῖος: penultimam, vt βοᾶτε. Grauis autem, quam intelligitur in quacunque syllaba dictionis cuiuslibet, quæ neque acuitur, neque circumflectitur: nusquam tamen pingitur, nisi demum in vltima

ultima dictionis syllaba, tum maximè, quum *ὅτι σιπέπασαυ*, id est, in consequentia verborum & continuatione vocum inter se, qui Acutus infidebat ultimæ syllabæ dictionis, aliam dictionem præcun- tis in structura orationis, mutatur in grauem, vt passim contingere solet.

Acutus attollit syllabam quam afficit, *θεός*. Circumflexus tardat, vt *βοῶμεν*. Grauis verò est æqualis pronuntiationis tractus, communisque tenor his syllabis, quæ nec acutitonæ sunt, nec inflexæ, vt *φιλοσοφία*, solum iota acuitur, reliquæ syllabæ graues sunt; & vt docet Demetrius, *καὶ ὁμαλισμάων ἀναρινώσκον*, id est, leguntur seruatæ æqualitate pronuntiationis. Et quia deforme fortasse fuerit tot apices singulis inscribere syllabis, idèò suis partibus fungens, nusquam Grauis, nisi loco Acuti in solis (vt dixi) ultimis syllabis, idque in cõtextu orationis, vt *θεός ἡμῶν*, id est, Deus noster.

Illud præterea adiciendum ad extremum videtur, dictionem acutitonam per se positam, hoc est, citra complexum orationis, aut etiam in clausula, collocatam, quippe quæ terminet sententiam, Acutum perpetuò retinere accentum, nec conuerrere Acutum in Grauem, nisi in oratione perpetua continuetur cum sequentibus aliis dictionibus, sic, *ἔστι ἀνὴρ καλός, καὶ ἀγαθός*: quum alioquæ & ἀνὴρ & καλός & ἀγαθός ultimas syllabas suapte natura acuant. Hunc in modum autem accentus diuidas licet, vt dicas accentuum alios dictionum esse, alios verò syllabarum. Duo sunt accentus dictionum, Acutus videlicet & Circumflexus, quorum alterutro quælibet apud Græcos dictionis signitur.

signitur. Cæterū Grauis dicitur Syllabicus, quia in omni syllaba esse intelligitur, qui neque acuitur, neque circumflebitur. Enimuerò qui accentus quibusque dictionibus debeatur, aperiemus quā poterimus luculentissimè in nostro libello de Accētibus.

Spiritus duo, Asper, &c. pag. 5. ver. 3.

Duo sunt apud Græcos Spiritus, Asper siue densus, qui præfixus literis maiusculis sic <sup>†</sup> pingitur, ut in parte sinistra literæ H ita concinnetur. Minusculis autē præpositus sic <sup>†</sup>, ut pars sit media circuli integri, ac veluti semilunium, cuius cornua explicentur in dexteram: pars verò gibba & circumferentia in sinistram: ut <sup>†</sup> Ὅμηρος, ἄρματα. Tenuis siue lenis, cum maiusculis literis vocalibus sic ex dextera parte vocalis H, hoc modo <sup>†</sup>: cum minusculis autem sic <sup>†</sup>, ut sit pars altera circuli integri, aut semilunij, cuius cornua ad sinistram: circumferentia verò cum gibba parte ad dexteram vergant: ut <sup>†</sup> Ἄνθρωπος, ἀνθρῶς. Hactenus exemplis comprobatum, notas Spirituum supra vocales initiales dictionum collocari. Omnis enim dictio incipiens à vocali, vel adspiratur, ut ἕτερος, vel tenuatur, ut ἀλήθεια. Ut autē in transitu nonnihil de pronuntiatione quoque Spirituum dicamus, quæ haud dubiè silentio prætereunda minimè videtur, animaduertas licet Spiritum asperum Græcorū cum suis vocalibus haud secus proferri atque <sup>†</sup> he literā Hebræorū cū punctis vocalibus: aut apud Latinos h, quæ nota dūtaxat est adspirationis præfixa vocalibus, ut ha, he, hi, ho, hu. Econtrario verò spiritus tenuis Græcorum profertur, ut aleph Hebræorum cum suis motionibus, sine vlllo videlicet spiritu flatuue

flatuue denso, atq; adeò hesitâte, vt in *hē* in gutture. Vel dicas tenuē spiritū Græcorū profecti eo modo, quo Latini vocales suas sine h nota aspirationis pronuntiat: vt a, e, i, &c. Nec te malè habeat, studiose lector, q̄ sinam te hoc loco ambiguū vtro spiritu insignire vocalē dictionis initialem debeas, si tibi calamo sit admouēda manus. Nō enim præsentis est instituti atq; operis, spiritūū regulas tradere) notas & pronuntiationē duntaxat edere hoc loco in animo est) quia maius profectò otiiū postu lauerit, quàm quod nobis in præsentia cōtigit. Proinde tu interim dū maius nasciscamur, quò eas peculiari aliquo libello p̄stringamus: ipse multa frequētiq; eximiorū autorū lectiōe venabere, vt eorū Spiritūū vsus tibi cōpares. Vfus enim omnium artūū magister atq; architectus, rectè cōparat⁹, eas quas experis Spiritūū regulas abūdè satis suggeret.

Consonans *Ϸ*, &c. pag. 5. ver. 13.

*P* & *v* in principiis omnium dictionū perpetuò adspiratur, hoc est, notatur spiritu aspero, vt *ῥώμη*, *ῥίπτα*: ὕδρ, &c. Quòd si *Ϸ* in mediis dictionibus geminerur, prius *Ϸ* tenui spiritu signatur, ne syllaba illa desinat in literam adspiratam. Nulla enim apud Græcos syllaba in adspiratā desinit: *Ϸ* verò posterius, quia initiū est nouæ syllabæ, idcirco perinde atq; in principio dictionis, adspiratur: vt *παρρησία*, id est, dicendi libertas atque licentia. At *Ϸ* simplex vnicūmve, in medio dictionis corpore neutro duorum spiritūū signari debet. Quū autem dixerim, nullam apud Græcos syllabā desinere in literā adspiratam, argutulus aliquis, legis huiusce præuicator, conabitur fortasse euertere hanc nostrā sententiam

tentiã, atq; ostendere eius, quod diximus, contrarium. Cui hoc vnũ velim responsum, Si contigerit duas reperiri adspiratas in media dictione, vt in ἀφρον, vtranq; adspiratã coniunctim pertinere ad sequentem vocalem, id quod cõpositiones plerunq; indicant: nam in ἀφρον, α priuans est, pro ἀνεν: vnde seorsum proferri debet, & non sequente adspirata: φρόν verò item separatim, ex quibus componitur ἀφρον, id est, ἀνεν ἢ φρόν, sine inuidia, seu inuidia carens. Idem iudicium de reliquis etiam in appositione, vt νύχθ' ὄλω.

Apostrophos nota est, & c. pag. 5. ver. 17.

Ἀπόστροφ, ab ἀπό, à, & στρέφω, verto: vnde ἀπόστροφ, auersio. Nota est detritæ seu elisæ & reiectæ vocalis à fine dictionis. Auersionis enim nota ponitur supra locũ ablatae vocalis à fine dictionis, propter initialem capitalẽmque vocalem sequentis dictionis: vt ἐπ' ἐμέ, pro ἐπὶ ἐμέ. Solent autem hoc pacto elidi quatuor vocales, quarum in locum Apostrophi nota sufficitur, α, ε, ι, ο, & duæ Diphthongi apud Poëtas, αι, οι, Eliditur & η per Apostrophum, licentia Poëtica, apud Homerũ in catalogo nauũ: vbi in exemplari Aldino sic habet, Τληπόλεμ' δ' ἐπὲ ἕμ' τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ ἐυπύκῳ, id est, Tlepolemus autem posteaquã educatus est in palatio affabrefacto. In quo vers. τράφ' pro ἐτράφη positũ est, vt docet vetus Interpres Græcus. Notã autem Apostrophi sic describas: depingãsq; oportet, vt sit dextra pars circuli ad vltimã consonãtem appositã, qua ostenditur parti orationis deesse vltimã vocalem. Ex hac autem Apostrophi descriptione, constat eam tenuis spiraculi figurã habere.

Verũm

Verum in hoc differunt, quòd signum Spiritus tenuis in principiis dictionū à vocalibus inceptarum ponitur: Apostrophī verò nota infidet literæ finali, index utiq; (vt dixi) vocalis, vel Diphthongi in calce reuulsæ, vt ἄρ' ἔτος.

Quæ si adspiretur, &c. pag. 5. ver. 19.

Notabis hoc loco mutam tenuem  $\sigma, \kappa, \tau$ , & in compositione, & in appositione manere tenuem, nec cōverti in propriam adspiratam aut vocalem capitalem sequentis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, vt  $\omega\acute{\alpha}\tau'$  ἔλεγον: in cōpositione, vt  $\kappa\acute{\alpha}\lambda\acute{\alpha}\rho\alpha\tau$ . Quòd si vocalis sequens adspiretur, tenuis muta finalis præcedentis dictionis migrabit in propriam adspiratam  $\phi, \chi, \psi$ . Quia omnis tenuis muta perpetuò concipit adspirationem sequentis vocalis: vt  $\nu\acute{\alpha}\chi\theta'$  ἄληψ. Et quia appositio est, non cōpositio, ipsa vocalis sequens suā etiā retinet aspirationē, quam in compositione perderet seu abiiceret: vt in  $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\pi\tau\omicron\mu\alpha\iota$ , ἀφερδμαι, & similibus.

Υφῆρ, id est, subunio, nota est, qua utimur quum duas dictiones natura diuisas coniungimus: vt ὅπως ἔμ: vel quæ malè diuisas coniungit, hoc modo; Pauca in conuiuio loquere: vel conspici tur sus, conspicitur sus.

Υποδιαστολή, id est, subdistinctio, est nota qua non cohærentia discernuntur: vel distinctio est, quæ syllabas malè cohærentes separat, sic, τό, τε: aliud enim significat τότε, ὅ, τι & ὅτι,

Latini inter declinandum, &c. pag. 6. ver. 18.

Ἄρθρον Græci Articulum vocant, & vt autor est Moscopulus, deducitur ab ἀρῆα, quod est coarpto, compingo, & cohætere facio, quod hoc

Artic

Articulo membra orationis coaptentur, cohæreât inter se, & compingantur: Nominum Præterea & Calus & Genera dignoscantur. Minutissima quidè certè orationis particula est Articulus, sed eiusmodi, vt si eam tollas, nihil aptum, nihil integrum nihil sonaueris decès. Quemadmodum enim hæc corporis nostri moles articulis roboratur, vegetatur, & compingitur: sic Articulis orationis partes alioqui dissitæ & discriminatæ, compinguntur. Idioma autem Romanum articulos ignorat: quippe quod ne voce quidem vlla Græcorum Articulum exprimere ac reddere queat. Ceterùm quod Grammatici Latini Nominum declinandorum casibus præfixerunt hic, hæc, hoc, id nec dubiè docèdi gratia fecerunt, non quòd Latinus sermo illos haberet Articulos. Gallicus sermo Articulos habet, atq; adèò Græcanici Articuli vim exactè noueris ex idiomate Gallicano: vt si Græcus dixerit, ἡ ἰσθίης τῆ Πέτρης, Gallus suo idiomate sic reddet, *la robbe de Pierre*: Romanus verò, *vestis Petri*, sine expressione Articulorū & Græcanicorū, & Gallianorum. A superiore oratione Græca exime Articulos ἡ & τῆ, nihil decentius sonabis, quàm si dicas Gallicè *robbe Pierre* sine Articulis *la* & *de*: id quod ineptum prorsus apud Gallos fuerit: nō perpetuò tamen Emphatica erit apud Græcos particula Articulus. sed aliquando addetur, aliquando verò detrahetur, veniuntandæ orationis gratia. Vt attè res ponatur ob oculos, dicemus articulos Gallorum à nonnullis Notas casuum non omnino ineptè appellari. Eas autem docèdi gratia sic proponemus. Articulus Masculeus singularis apud Græcos est ὁ,

b qui à

qui à Gallis exprimitur hac voce *le*: vt ὁ δέσποτης, *le seigneur*: Feminus Articulus ἡ Græcè, *la* Gallicè: vt ἡ δέσποινα, *la dame*: & in numero multitudinis vtriusq; generis dicimus Gallicè *les*: vt οἱ δέσποται, *les seigneurs*, αἱ δέσποιναι, *les dames*. Galli cum Hebræis carēt Articulo Neutrius generis: sed pro eo vtriq; vsurpant Masculeum, Articuli autem Gallorum exprimentes Articulos casus Gignendi Græcorum, habita tamen ratione Generis & Numeri, sunt *de, du, des*. Dandi casus *a, au, aux*, & sic deinceps. Enimuerò eadem fermè in omnibus est Gallicum cum Græcis & constructio, & loquendi ratio. Proinde vtranq; literam, vtpote cum altera conferas, vt ex energia vnius alterius vires non ægrè agnoscas. Musa quidem certè Romana quâquam apud se superba & elegans, tamen non perinde facile cum Græca conferri potest.

Prima est in *us* Masculinorum, &c. pag. 7. ver. 6.

In ea fuit hæresi Clenardus, vt quorūdam neotericorum opinionem sequutus, putauerit quedā Nomina in *us* primæ Declinationis, communis esse generis. ego verò frequentiore vsum iugiter approbans, facilius subscripserim opinioni Theodori Gazæ, & Demetrii Chalcondylæ, aliorūq; priscorum ac primariæ classis Grammaticorum, qui omnia primæ Declinationis Nomina, siue simplicia sint, siue composita, siue deriuata, sub vtraq; terminatione, ac videlicet, & *us*, Masculea esse censent, vt omnia secundæ sunt fœminea. Quòd si à Nominibus Primæ Fœminea deducere velis, tu illa ex prima, quæ propria Masculinorum tantum, deriuabis, vel in secundam, vel in quintam, præut  
 Nomi



Nomini congruet magis & quadrabit, vel secūda, vel quinta. vt ὁ δικάτης, ἡ δικαστεία, τῆ δικαστείας: ὁ ψάλλης, ἡ ψαλλία, ἰας: ὁ πολίτης, ἡ πολιτεία, πολιτείας: ὁ δειπότης, ἡ δεισιπότης, δεισιπότης, & δεισιπότης, οὐ, ἡ παρακοίτης, παρακοίτης.

Tu idem de reliquis iudicato atque obseruato legendis autoribus nominatissimis.

Dualia & Plural. &c. pag. 7. ver. 19.

Articulus Fœmineus Dualis numeri est, τῶν, τῶν, Pluralis αἱ, τῶν, &c. Vbicunq; habet τ litteram capitalem, aut supra vocalem initialem spiritū asperum: tu inde vtrunq; detrahito, habebis singulas κατὰ λέξιν singulorum casuum Dualis & Pluralis numeri nominum omniū primæ inflexionis. Quādo ergo dicit Clenardus (cōueniunt cum articulo) nō possunt cū εο, nisi terminatione tantū conuenire. Iam verò oculos deflecte in elenchum Declinationis, in quo ab Autore præscribitur tibi formula inflectēdorū per singulos & numeros & casus nominum omnium huiusce classis primæ,

Finite in δα, θα, ρα, &c. pag. 8. ver. 10.

Quæ Nomina secundæ inflexionis desinūt in α, illa formant Genitiuos mutato α in η, vt μέσσα, μέσσης. Excipe inde habentia δ, θ, ρ, aut vocalē diphthongūve pro literis characteristicis: quia eiusmodi omnia retinent α finalem recti in obliquis omnibus immutabilem: vt μῆα, μῆας, α, αν. Reliqua exempla repetas ex Clenardo. Siquidē autem dictio omnis apud Græcos suam habet characteristicam, id est, formatiuam, figuratiuāve: nec dubiē illam voco Characteristicam dictionis litteram siue vocalem, siue consonantem, quæcunq; proxi-

mè anteit vocalem illius dictionis finalem.

A præterea putum vocat Clenardus, quod vel vocalem vel diphthongum ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba apud Græcos pura diceretur, quæ habuerit ante se vel vocalè simplicem, vel diphthongum pro characteristica. Quòd si habet consonantem, diceretur impura.

Dualia & Pluralia, &c. pag. 8. ver. 21.

Neutra tertiæ in Duali & Plurali sequuntur terminationem Articuli Neutrius generis eiusdem numeri. Masculea autem, Fœminea, & Communia sequuntur terminationem Articuli Masculei inter declinandum. Ex hac tertia Græcorum Declinatione fluxit secunda Latinorum. Tu iam perpende elenchum formularium Declinationis tertiæ ab Autore tibi propositum.

Quarta Declin. Atticorum, pag. 9. ver. 8.

Non soli Attici, sed & Diores Nomina in hac quarta Declinatione inflectunt, quam ex tertia (in qua lingua communi declinantur) in hac quartâ, quæ ipsorum est propria, deriuant, conuertentes vbiq; ɔ tertiæ in ω, vt ex tertia cõfletur quarta. Reliquas mutationes diphthongorū α, ɔ, & Neutorum pluraliū in ω, ex α tertiæ, discito ex Clenardo.

Quinta Declin. impariſ, pag. 9. ver. 23.

Quum variæ sint terminationes Nominum quintæ declinationis, ex illis haud dubiè numerosis Genitiuis, alioqui supra rectum excreſcens, in os perpetuò desinit. Vbi autem Genitiuum ex Nominatiuo formaueris, eiusdem genitiui literam figuratiuam perpendito. Quia quæ litera characteristica est Genitiui singularis, eadem perdurabit figuratiua

figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunq; sint generis Nomina, & numeri, præterquam in Datiuo plurali in  $\sigma$ i, vel actu vel potentia perpetuò desinente. Cæterùm ex hac quinta Græcorum facta est tertia Latinorum.

Quòd si tum penult. pag. 15. ver. 16.

Quanta est penultima Datiui singularis Nominum quintæ inflexionis, tanta esse quantitate debet & Datiui pluralis penultima. Nam si longam penultimam siue natura, siue positione habuerit singularis Datiuus, penultimam quoque extendet Datiuus pluralis, eo quo docet modo Clenardus in habentibus  $\lambda, \delta, \nu, \tau$ , pro indicibus Datiui singularis, in eoque positionem facientibus. At breuis penultima singularis Datiui, breuis quoque manebit in plurali Datiuo, qui tamen semper à suo singulari, eo quo docet modo Clenardus, formatur. Exempla liquidò constant ex verbis ipsius Autoris: tu ex eo illa expiscare.

Illà in  $\eta$ p, quæ Syncop. pag. 15. ver. 24.

Nomina in  $\eta$ p, quæ inter declinandum Syncopen patiuntur, à Datiuo singulari Syncopen passo Datiuum pluralem posito  $\sigma$  ante, formant: sed ad vitandam  $\kappa\alpha\kappa\omicron\phi\omega\nu\lambda\alpha\mu$ , quæ fit ex concursu tot consonantium malè duritèrque inter se cohærentiù, interferitur  $\alpha$ . Exempla id probantia reperias plurima apud Clenardum, tu ex eo illa in tuum vsum depromitto.

Atque hæc quidem Decl. pag. 15. ver. 28.

Decem sunt apud Græcos Nominum Declinationes, quæ diuiduntur in quinque Declinationes Nominum simplicium, hoc est, simplici formula,

b 3 & sine

& sine vlla contractione declinatorú , & in quinque contractorum Nominum inflexiones. Intellegas tamen oportet, quinque ordines Contractorum, ortum ducere à quinta simplicium inflexione formante Genitiuum in *ος* purum , & reliquos item casus in terminationem puram. Contracta Nomina sunt ea , quæ vel Synæresim vel Crasin patiuntur, & ob id à Græcis illa *εμπαθη*, hoc est, passa seu affecta vocitantur. Alia verò, quæ vt pote superius tradita sunt, & *ἀπλα*, & *ἀπαθη*, id est, simplicia & impassa nominantur. Et vt quod res est, summarim dicam, nulla neque Nomina, neque Verba dicuntur Cōtracta, nisi quatenus passa sunt vel Crasin, vel Synæresim: ita vt in Nominibus voces omnes incontractæ sint planè quintæ simplicium Nominum Declinationis: vbi verò receperūt contractionem, tum fiunt alicuius classis Contractorum Nominum. Idem de Verbis iudicium, vt suo loco fusiùs aperiemus.

Et autem Synæresis duarum vocalium seruatarum in vnam diphthongum cōtractio & coalescentia: vt quū *ει* in *ει*, *οι* in *οι*, *αι* in *αι* contrahuntur: vt *ἀρεῖ*, *ἀρεῖ*: *ληῖ* *οῖ* *ληῖ*: *γυραῖ*, *γυραῖ*. Etymon autem sic habet, vt deducas à *συν*, cum: & *ἀρέω*, & per Crasin *ἀρῶ*, capio, traho.

Crasis verò est duarū vocalium, vel vocalis & diphthongi mutatarum in vnam vocalem, vel diphthongum commistio: vt in his *ἀληθεος*, *ἀληθεος* *ἀληθεια*, *ἀληθη*: *ἀληθεισιν*, *ἀληθεισιν*: in quibus *εο* in *ε*, & *εα* in *η*, & *εοι* in *οι* miscentur & contemperantur. Dicitur autem crasis à verbo *κεράννυμι*, cuius Præteritum Aetiuum est *κέρρακα* per Syncopen, pro *κεκέρρακα*

κέραρα: vnde Passium κέραμαι, à cuius secunda persona videlicet κέρασαι, fit verbale κράσις, id est, mistio, commistio, temperatura, vel temperamentum. κεράννυμι & κεραννύω significat misceo & tempero.

Animaduertes portò omnem Synæresin & crafin fieri perpetuò vel ex duabus Vocalibus breuibus in longam vel vocalem vel diphthongum: vel ex breui & longa, & semper in longam. Quòd si contingat longam præcedere breuem, nulla inde fiet contractio, nisi rarissimè apud poëtas, vt nos fusiùs in nostro Enchiridio ad notionem Accentuum & quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deprome ex Clenardo: fuerit enim nõ difficile, præsertim industrio & ingenuè nato.

Prima Decl. &c. pag. 14. ver. 16.

Tres sunt terminationes, quas Græci κατάληξις vocant nominum omnium primæ classis Contractorum, nempe *ης, ες, ος*. Notabis tamen in transitu, Neutra in *ες* deduci à Communibus in *ης*, atque adeò huiusce inflexionis Nomina omnia habere e pro characteristica, seu indice litera obliquorum casuum, ex qua vocali *ε*, & sequente vel vocali vel diphthongo, contractionem fieri, eò quo tibi perscripsit modo Clenardus in formula contractionum Nominum primæ Inflexionis. Adhuc Nomina quæ in omnibus casibus contrahuntur, *ὅλοπαθῆ* à Græcis dicuntur, à nomine *ὅλος*, totus, *πάθος*, affectus, passio, quòd tota sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionem recipiant, vt *Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς, Ἡρακλέειος, Ἡρακλέως*: & ita deinceps. Quæ verò non in omnibus, sed in multis

duntaxat contrahuntur, à Græcis *πολυπαθῆ* vocantur, à *πολὺ*, multum, & *πάθος*, affectio, quòd in multis, nec tamen in omnibus casibus affecta sint contractione: vt *δημοσθένης*, *δημοσθένης*, & ita deinceps: in quo Nominatiuus & Vocatiuus singulares non contrahuntur. Idem iudicium de reliquis id genus. Sed reperiuntur nonnulla in secunda potissimum Declinatione, item in tertia & quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur contractionem, vocantur propterea *ὀλιγοπαθῆ*: *ὀλίγ* enim est paucus: *πάθ* verò passio, quasi paucipassa, aut paucipatientia dicas.

Secunda Decl. pag. 17. ver. 13.

Secunda contractorum Declinatio habet præindice seu formatiua obliquorum casuum breue *ι*, ex quo & Vocali sequente semper fit Contractio in *ι* longum. Omnis enim syllaba contracta longa est natura. Quòd si proprietate linguæ Ionice verteris *ι* figuratiuam in *ε*, eandem cum prima contractionem recipiet: sed in illis duntaxat casibus, in quibus hæc secunda contractionem admittit. Est enim de classe *ὀλιγοπαθῶν*, id est, paucipassorum.

Quinta Declinatio, &c. pag. 18. ver. 25.

In hac declinatione duæ duntaxat Contractiones recipiuntur, nempe in *α* longum, & in *ω*: fit enim ex voce communis linguæ vox Ionica, reuulsa *τ*, litera characteristica. Deinde ex voce Ionica, utpote hiulca, conflatur Contractio, quæ propria est Atticorum. Et quia in hac Declinatione *α* breue, litera est characteristica vocis Ionice, ex qua confurgit Attica contractio, si aut *ι*, aut *ε* sequatur figuratiuam *α*, semper in *α* fiet contractio,

tractio, subscripto tamen iota, si  $\alpha$  fiat ex  $\alpha\iota$ . Quòd si præcedat  $\alpha$ , & sequatur  $\omega$ , aut  $o$ , siue solum, siue in Diphthongo, semper fit contractio in  $\omega$ , subscripto tamen  $i$ , si fiat ex  $oi$ , sic,  $\omega$ .

In verborum coniugatione, &c. pag. 19. ver. 10.

*Διαθέσεις*, id est, dispositiones verborum, formulæ videlicet coniugandi, ac figuræ tres sunt in verbis Barytonis & Circumflexis: nempe  $\omega$  actiuorum,  $\mu\alpha\iota$  passiuorum,  $\mu\alpha\iota$  mediorum.  $\omega$  dispositio actiua est, id est, quædam coniugandi formula, qua per omnes modos, omnia tempora, & omnes personas facilis notio est, quæ terminatio actiua sit: vt *γράφω, γράφεις, γράφει, γράφουσι, ἔγραψα*, dispositionis actiuæ sunt, quia ex  $\omega$  deducuntur. De passiuorum & mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositionum Demetrius τὰ γένη, id est, genera verborum intelligit. Sed ex hac nostra diuisione dispositionū, si dispositio pro genere sumatur, palàm est, aliã esse rationem generum apud Latinos, & aliã apud Græcos. Genera Latina verbi significationem explicant: Græca verò pro dispositionibus sumpta, ductum siue filum cōiugationis indicant. Quòd si Græcorum genera nō pro dispositionibus sumas, sed Latinorum more, illa quatenus verbi significationē explicant, cōsideres, multò plura nec dubiè verborum genera apud Græcos reperiās, quàm apud Latinos, vt ex altera hac diuisione patebit hoc modo, *γενῶ ἀνεργῆλικόν*, id est, genus Actiuum, vt *τύπλω*, verbero: *παθηλικόν*, id est, Passiuum, vt *τύπλομαι*, verberor: *ἑδέτερον*, id est, Neutrum, vt *ὕγιαινω*, id est, valeo, *ῥῶνιστικόν ἢ τ' ἔμ μέσον*, id est, Com-

b 5

mune

mune, siue mediū, vt βιάζομαι, id est, compello, vel cōpellor: cogo, vel cogor: violō, vel violor. Per se Actiuū siue Deponēs Græcè ἀπονεργῆτικόν, ἢ ἀποθετικόν, vt μάχομαι, id est pugno: ἀποπαθητικόν, id est, per se Passiuum, vt πάσχω, patior: δλονεργῆτικόν, id est, omnino Actiuū in verbis Neutris, vt ἀναβάνω, id est, conscendo. Et αὐτοσδέτερον, id est per se Neutrum, vt πλέτω, id est, ditescō: omnino Passiuum, plusquam Medium, seu plusquam commune: de quibus omnibus latissime se expandit diuisio tum apud Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λω, μω, νω, ρω, &c. pag. 20. ver. 15.

Quinta Coniugatio habet quatuor liquidas siue immutabiles, λ, μ, ν, ρ, characteristicas Præsentis & Futuri, quæ manent in aliis quoque Temporibus, non igitur figuratiuæ, sed ante ipsorum Temporum figuratiuas: vt ψάλλω, Futurum ψαλώ, ἐψαλλκα, ἐψαλμαι, ἐψάλλω. Meritò proinde Immutabiles dicuntur, quia non mutantur in alias Consonantes, sed eadem perpetuò retinentur: vel ita reijciuntur, vt nulla alia Consonans in ipsarum locum sufficiatur. In aliis Coniugationibus secus: siquidem indices thematis Verborum primæ Coniugationis, ω, β, φ, in Futuro migrant in ψ: Præteritum verò assumit φ, pro indice. In aliis verò Coniugationibus perinde, sola Quinta excepta. Notio, Quandocunque est σ Figuratiua Fut. κ, est index Præteriti perfecti. vt ἀδω, ἄσω, ἦκα: φράζω, φράσω, πέφρακα: ἀκέω, ἀέσω, ἦκα. At in quinta Coniugatione, dicit aliquis, Præteritum in κα desinit, nec tamen Futurum in σω: cui respondendum, non immeritò profus



sus Præter. quintæ sibi reseruasse κ: pro indice. si-  
quidem proprietate duarum linguarum, Aeolicæ  
videlicet & Doricæ, Futurum in Verbis omnibus  
quintæ in σω definit, retenta tamen ante σω figu-  
ratiua vocis linguæ communis: vt ἄλλω, Futu-  
rum commune φάλλω, Doricum & Aeolicum ἄλ-  
σω: sic ἀπείρω, ἀπειρῶ, ἀπείρωσσι: νέμω, νεμῶ, νέμωσσι: & ita  
in reliquis.

Præsens singulare τύπω. pag. 22. ver. 7.

Præsens, quod modò fit significat, vt λέγω, id est,  
loquor. A Græcis vocatur ὀνείως χρόνος, id est, in-  
stans tempus. ab ἐν, id est, in, & ἵστημι, sto: significat  
enim id quod adest, quòdque præsens est, quippe  
actum ipsum existere, & nondum desisse indicat.

Imperfectum, &c. pag. 22. ver. 15.

Præteritum imperfectum à Græcis παρατελικὸς  
χρόνος dicitur, id est, extensiuum tempus, extenso  
vt pote tempore in rem quæ agebatur nondū per-  
fectam. Nonnulli Grammaticorum Inchoatiuum  
modum nominant: quia id quod agitur, partim  
quidem præterisse, sed adhuc pendere, & quasi  
extensum esse significat. A παρατείνω, id est, exten-  
do: vt cùm tu rideres, plorabam.

Datiuis pluralibus, &c. pag. 22. ver. 18.

Ex verbis autoris tibi ostenditur duntaxat lin-  
guæ communis appendix. Et verò lingua Attica  
fit eadem, etiam ante Consonantem sequentis di-  
ctionis capitalem, vt τύπῃσι μὲν τῶν. Tu ergo eum  
cànonem sic colligas, Datiuis pluralibus in ι desi-  
nentibus, tertiis item personis quorumcūq; ver-  
borum aut in ε, aut in ι finitis, communes quidem  
ι, appendicē addere consueuerūt sequēte dictione  
quæ

quæ incipiat à vocali: Attici verò etiam sequente consonante: Iones nunquam, quippe qui & dictionibus & orationibus quantumvis hiulcis gaudent, aut certè in prædictis casibus & personis *ι*, vel *ε*, per Apostrophon elidere solent. Et quia in mentionem Apostrophæ denuò incidimus, supplenda hoc loco sunt à nobis illa, quæ de proprietate Apostrophæ incogitantes omisimus, cùm de Apostropho ageremus: nempe omnem vocalem, quæ elidatur per Apostrophum, breuè esse etiam si de classe Bitemporarum sit. Quòd si sint diphthongi *αι*, & *οι*, quæ natura sunt longæ, & in fine dictionum ante vocalem sequentis dictionis capitalem, ancipites: in ratione tamen Apostrophæ perinde atque in ratione assignandorum Accètuum, pro breuibus habentur: & proinde apud poëtas potissimum per Apostrophum frequentissimè eliduntur.

Diphthongi mutabiles, &c. pag. 23. ver. 10. &c.

*A*, & *ο*, præpositiuæ vocales, in diphthongis mutabilibus *αι*, *αυ*, *οι*, nihil minus mutabiles sunt, ac quæ citra complexum diphthongi comperiuntur. Nam *α* in *η*, *ο* verò in *ω*, proprias utpote longas commutantur: subiunctiuæ verò *ι*, illis suppingitur. At in diphthongis immutabilibus nulla fiet neque præpositiuæ neque subiunctiuæ vocalis mutatio, nisi aliquando apud Atticos, qui ex diphthongis *ει*, & *οι* conuertunt *ε* præpositiuam diphthongi in *η*: ut *εἶχομαι*, *νήχομαι*, *εἶδαν*, *ἠδαν*: noueram, Plusquamperfectum medium à themate *εἶδω*. In *η* autem iota subditur, quod illi est perpetuum, quando subiunctiuæ est in diphthongo Propria, si ex propria

pria conflaueris Impropriam: *v* non item.

Perfectum τίρωσα, &c. pag. 22. ver. 26. &c.

Παρακείμενον ὁ χρόνος, id est; adiacens tempus, quod vulgo Latinorū Præteritum perfectū dicitur, prorsum absolutam actionē designat. Et Græcis adiacens tēpus dicitur, quia quod iam primum factum est significat: ἀπαρά, ad, iuxta: & κείμεναι, iaceo: vnde compositum παρακείμεναι, adiaceo, παρακείμενον ὁ, adiacens. Totum enim (vt dixi) actum exactum esse significat, sed paulò antè, ita vt instanti seu præsentī adiaceat: vnde quia tempus signat præteritum, sed limitatum, & circumscriptū; ideo ab Aoristo differt, vt aperiā suo loco.

Quod ad primā (scilicet syllabam) attinet, pag. 24. ver. 3.

Quæcunq; Verba Vocales habent, Diphthongosque tam Mutabiles, quàm Immutabiles thematicas initiales, quæcunq; item à Consonantibus incœpta, in principio Imperfecti habent *ε* augmentum syllabicum positione longum, ea idē initium habent in omnibus Præt. nempe Præterito Imperfecto, Perfecto, plusquæperfecto, & duobus Aoristis: vt ἀνδρά, ἦνυον, ἦνυκα, ἦνυκειν, ἦνυσα, ἦνυον, sic ἄσπερον, ἔασπερον, ἔασπερικα, ἔασπερικειν, ἔασπερικα, ἔασπερον: eodem modo, id genus reliqua omnia, quæ sunt innumera, quæq; tua ipsius diligentia tibi venaberis, perlegendis magnis autoribus:

At dissyllaba quintæ, &c. pag. 64. ver. 25.

Ab hac lege exhorbitat Verba dissyllaba quintæ Coniugationis habētια *μ* pro indice tum Præsentis, tum Futuri: siquidem non mutant *ε* Futuri penultimam in *α* in Præterito, sed formant Præteritum, Præteritiue penultimam instar Verborum sextæ

sextæ Coniugationis Barytonorum, aut certè primæ Contractorum, ac si *νεμέω*, vel per crasin *νεμῶ*: pro *νέμω* Barytono vsitato diceres: vnde Fututum foret *νεμήσω*, vertendo *σω* in *κα*, prefixoq; augmento ex Fut. formaueris Præteri. *νενέμικα* vsitatissimum, & non *νενάμικα*. quod quidem Præt. format paulò pòst Clenardus ascito *n* ad *μ*, per epêthesin, videlicet Vocalis *n*. Tu vtrunque rationem expende, vt collatione vtriusque, & autoris & meam intelligas mentem.

Plusquamperfectum *ἰτετύφειν*, &c pag. 25. ver. 5.

Plusquã perfectũ vocatur Græcis *ὑπερσωτελειὰς χρόνος*, id est, plusquam perfectum tempus. eius vsus est Græcis, qui & Latinis: ab *ὑπέρ*, supra, *σω*, cum, & *τελέω*, finio, perficio, quòd finitũ esse actum, & multò antè significet.

In fronte assumitur *ε*, &c. pag. 25. ver. 8.

Quæ habent *ε*, incrementum syllabicum breue in fronte Imperfecti, quò modo ad Præteritum vsque plusquamperfectum crescant in principio, tu sic perpendito: *τύπλω* Præsens dissyllabicum est: *ἔτυπλον* Imperfectum trissyllabarũ: *τέτυφα* Perfec. trissyllabum, crescit vna duntaxat litera, quæ ex initio thematis repetitur supra augmentum syllabicum, si ipsum quidem fuerit breue ad constitutionem primæ syllabæ Præteriti perfecti *τέτυφα*, quod quia incipit à Consonante, Plusquã perfectũ assumit denuò *ε*, incrementũ alterũ syllabicum, sic, *ἔτετύφην*: de reliquis idem iudicium. Notabis tamen, Plusquamperfectum aliquando contentum esse augmento Præteriti perfe. vt docebitur aliàs.

Aoristus

Aoristus primus ἔτυψα, pag. 25. ver. 26.

Ἀόεις⊕ χρόν⊕, id est, indefinitum tempus, cōsummatam quidem actionē esse significat, sed indefinitē, id est, neque multò, neque paulò antè indicat, ob idque ἀόεις⊕ dicitur, ἀπό α, στερητικῆς μοῦσιν, id est, ab α priuatiua particula: & οεις⊕, id est, finitus: οείω, finio, definitio. Differt autè ἀόεις⊕ à παρακειμένω, id est, adiacente, quòδ παρακείμενος rem iam primùm præterisse indicat: vnde dicitur adiacēs, quasi iuxta id positum quod transit. Ἀόεις⊕ verò præterisse rem significat, sed indefinitē (vt dixi) quia ambiguum est, num olim, an modò præterierit id de quo agitur, quum per indefinitum exprimitur: quòd eius significatio, alioqui præterita, non circumscribatur neque limiteretur: vt quum dico τέτυφα, id est, verberaui, indico me iam primū verberasse. Quū verò ἔτυψα, vel ἔτυπον dico, vtens indiscriminatim alterutro Aoristo, verberasse me significo: verū ambiguus est quo cū ego loquor, olimne, an nuper verberauerim. Quæ duplicis Præteriti ratio vel hoc mihi probatur, quòd actus alios παρακειμένω, alios verò ἀόεις⊕ significatiū exprimamus. Romanus utrūq; Præteritum sub voce vñica confundit, vertēs pro τέτυφα, ἔτυψα & ἔτυπον, verberaui. Gallus proprietatem Hellenismi felicissimè assequutus, pro τέτυφα suo idiomate vertit, ie l'ay batu: & pro Aoristo utroque ἔτυψα & ἔτυπον, ie le baty. At si Aoristo adiunxeris Aduerbium ἄρτι, id est, nuper, Præteriti perfecti significationem fueris assequutus, vt ἔτυψα vel ἔτυπον ἄρτι, hoc est, verberaui nuper, Gallicè ie le baty n'a pas long temps, hoc

hoc est, *τέτυφα* Græcè, *ie l'ay batu* Gallicè. Si verò Aoristo addideris *πάλαι*, id est, olim, Plusquamperfecti significationem habueris: sic *ἔτυφα πάλαι*, id est; *ἔτετύφευ*. Ambo autem indefinita, significatione inter se conueniunt, sicuti & ambo Futura. Proinde lingue locupletandę gratia potius, quàm vlla necessitate excogitata videntur hæc duo tempora congeminata.

Ab indicat. & c. pag. 27. ver. 31.

Notio, Adde modum indicatiuum basim esse ac fundamentū reliquorum omnium modorum, quippe quum ex eius temporibus singulis singula sint formanda Tempora in reliquis deinceps Modis & Participiis. Idcirco primū omnium tibi sedulò ediscendus, memorięque firmissima tenendus, vt nullo postea labore possis inde aliorum Modorum Tempora corriuare, Præsens à Præsenti, Præteritum à Præterito, Aoristum ab Aoristo, Futurum à Futuro, vt viua voce, Deo aspirante, trademus.

Futurum quoque nec hîc reperitur.

Verba Demetrii sunt hæc, *ἐτι ἐν τοῖς πρὸς ἀκτικοῖς καὶ ὑποτακτικοῖς μέλλοιτες. οὐκ εἰσὶν οἱ δὲ ἀόριστοι μέλλοντων ἔχουσι σιμασίαν. καλὸν δὲ ἀπ' αὐτῶν παράγειν*, id est, Præterea Imperatiuis (inquit) & Subiunctiuis Futura non sunt, verū Aoristi Futurorum habent significationem: de nominationem autem sumunt ab illis, à quibus deducuntur.

Nihil quicquam neque citius, neque tenaciùs hætere potest, quàm id quod oculi memorię commendarūt: idcirco breuissimos tibi præscribemus clenchos, formulatq; deductionum Temporū nō  
pæniten

pœnitendas, quibus citra laborem possis notionē assequi genuini discursus singulorum Temporum per omnes Modos & Participia, deducendo illa à suis Temporibus Indicatiui, hoc modo:

Indica. Præsens τὴν ἴσιν, & Imperf. ἴτυλλον, quæ in aliis modis coniunguntur, sic à superiore facta semper deductione.

Imperatiuus τὴν ἴσιν, ω in ε̄ cōuerso.

Optatiuus τὴν ἴσιν, ω in οἶμι verso.

Subiunctiuus ἐὰν τὴν ἴσιν, vt in Indicatiuo.

Infinitiu. τὴν ἴσιν, à τὴν ἴσιν, addito ν.

Participium τὴν ἴσιν, à τὴν ἴσιν, addito ν.

Indic. Perf. τίτυφα, & plusquãperfecta τίτυφειν, quæ in aliis deinceps modis coalescunt sic:

Imperatiuus τίτυφε, α in ε̄.

Optat. τίτύφοιμι, α in οἶμι verso.

Subiunct. ἐὰν τίτύφω, α in ω.

Infinitiuus τίτυφέναι, à τίτυφε, addendo ναι, & accentu in penult. retracto.

Participium τίτυφώς, α in ὦς.

Imperat. τὴν ἴσιν, α in ον verso.

Optat. τὴν ἴσιν, α in αιμι.

Subiunct. ἐὰν τὴν ἴσιν, cōuerso α in ω.

Infinitiuus τὴν ἴσιν, à tertia Indicatiui ε̄ verso in αι.

Particip. τὴν ἴσιν, à secūda Indic. ἴτυφας, reiecto augmento ε̄psilo.

Indic. Aorist. 1. ἴτυψα, ας, à quo in reliquis deinceps modis, reiecte augmentum.

Imperatiuus τὴν ἴσιν, ον in ε̄.

Optatiuus τὴν ἴσιν, ον in οἶμι.

Subiunctiuus τὴν ἴσιν, ον verso in ω.

Infinitiuus τὴν ἴσιν, idem cum secundo Futuro, de quo paulò póst.

Partic. τὴν ἴσιν, acuto ὦν, ex ον graui tono, & reiecto augmento.

Indic. Aorist. 2. ἴτυπον, ες, à quo deinceps reiectum augmentum vt in Aorist. 1.

c Indic

Indicati, Futu-  
pti. τύψω.

Optat. τύψοιμι, verso ω in οίμι.  
Infinitiuus τύψειν à τύψα, addendo  
ν, vt in præfenti.

Participium τύψων, τύψω, addito ν.

Indic. Fut. 2. τυ-  
πῶ, à 2. Aori. οὖ  
in ᾧ circumfle-  
xum, detraçòq;  
augmento.

Optat. τυποίμι, verso ᾠ in οίμι.

Infinitiuus τυπέειν à τυπέ, adden-  
do ν.

Participiū τυπέων à τυπέ, addito ν.

Iam verò reliquas formationes Temporum tu-  
ipse aut ex Clenardo, aut ex quouis alio Gramma-  
tico aucupare: fecisse nanque satis officio hoc loco  
mihi videor, si digitum (vt aiunt) in fontem inten-  
derim, vnde Græcarum literarum studiosi alias  
subinde atque alias aliorum ex aliis Temporum  
deriuationes hauriant. Nec me fugit, alios alia ra-  
tione deductionis & excursus quorundã Tempo-  
rum aliquando vsos. Mihi quidem certè placet fa-  
cilitas, quam hætenus siue Græca, siue Hebraica  
fuerint mihi tractanda, quàm potui diligentissimè  
enixissimèque sum consecutus. Quod quàm ve-  
rum sit, attestari possunt ij iuuenes ingenui, qui to-  
to hoc septennio aut octennio peregrinas literas  
me profitètem sedulò studioseq; audierunt. Nunc  
autem pergamus ad verba Passiua.

Fit ab actiuo extrem. pag. 31. ver. 23.

In formatione Præteriti Passiui ex actiuo, di-  
cit Clenardus extremam literam aut syllabam  
conuerti in μαι. Tu autem hunc in modum di-  
stinguo, vt dicas in prima & secunda duntaxat  
Coniugationibus extremam literam, quæ per-  
petuò est α, conuerti in μαι. In reliquis verò de-  
inceps Coniugationibus, in quibus videlicet Præ-  
teritum



teritum in  $\kappa\alpha$  definit, integra ipsa syllaba extrema  $\kappa\alpha$ , migrat in  $\mu\alpha$ .

In prima Coniug. &c. pag. 31. ver. 27.

Formando Præteritum Passiuum ex Actiuo, inueniâs primum ordinem Mutarum inter se oppositarum hac ratione, nempe ut  $\phi$  sit index Præteriti Actiui, in primâ verò Passiui persona  $\beta$ , media ante  $\mu\alpha$ : sed quia  $\beta$ , cum sequente litera, quæ est  $\mu$ , malè cohæret, idcirco vertitur in  $\mu$  alterum, vitandæ cacophoniæ gratia, ut  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\phi\alpha$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\beta\mu\alpha$ , vnde  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\mu\mu\alpha$ . In secunda verò & tertiâ persona, ante  $\sigma\alpha$ , videlicet &  $\tau\alpha$ , est  $\omega$  tenuis, ut  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\omega\sigma\alpha$  pro  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\phi\sigma\alpha$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\eta\tau\alpha$ .  $\psi$  enim valet  $\omega\sigma$ , ut nos docuimus suo loco.

Eadem hîc ratio, &c. pag. 32. ver. 15.

In secunda Coniugatione, secundus ordo Mutarum inter se, eo quo suo loco docui modo oppositarum, format Præteritum passiuum ex Actiuo, sic, ut  $\chi$  sit index Præteriti Actiui:  $\gamma$  verò, quæ media est ante  $\mu\alpha$ , in primâ videlicet Præteriti passiuui persona sedem habeat: in secunda verò ac tertiâ eiusdem Præteriti passiuui persona singulari, ante  $\sigma\alpha$  &  $\tau\alpha$  videlicet, est  $\kappa$  tenuis, ut  $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\chi\alpha$ ,  $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\gamma\mu\alpha$ ,  $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\zeta\alpha$ , pro  $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\phi\sigma\alpha$ ,  $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\eta\tau\alpha$ :  $\xi$  enim, ut antè dictum est, valet  $\kappa\sigma$ . At in Præteritis reliquarum Coniugationum isthæc Mutarum oppositio locum habet minimè, nisi demum in quarta, si quando in formatione Futuri & Præteriti perfecti secundam imiteretur Coniugationem: de cæteris autem consulto Clenardum.

Sexta Coniugatio nunc, pag. 34. ver. 21.

Verba illa quæ ex sexta Barytonorum migrant

in aliquam classẽ Contractorũ, si Perfecti Actiui penultimam longam habuerint, nihil ante *μαι* assumunt: vt *ποιέω, πεποίηκα, πεποίημαι: βοάω, βέβηκα, βεβόημαι: χρυσάω, κεχρύσωκα, κεχρύσωμαι.* Sin 3reum, ante *μαι* assumunt *σ*, vt *τελέω, τετέλεκα, τετέλεσμαι: γελάω, γεγέλακα, γεγέλασμαι.* Sunt quæ absque *σ* proferuntur, *ἀρόω, ἤροκα, ἤρομαι: δέω, δέδρακα, δέδραμαι: δράω, δέδρακα, δέδραμαι.* At verba sextæ Coniugationis cōtracta, quandoque *σ* recipiunt ante *μαι*: vt *ἀκίδω, ἠκισμαι*, id est, audio, auditus sum: *κέλευω, iubeo, hortor, κέκλευσμαι: κλείω, claudio, κέκλεισμαι, & κέκλειμαι: μύω, taceo, contracto, claudio, μέμυσμαι: σείω, quatio, σέσεισμαι: κρέω, pulso, κέκρησμαι.* Quandoque nihil ante *μαι* asciscunt: vt *λύω, soluo, λέλυμαι: βασιλεύω, regio fastigio clareo, scepra teneo, βεβασίλευμαι: & alia id genus, si qua reperiantur, eodem modo formabuntur: quæ tu tua ipsius diligentia lectione accurata venaberis.*

Formula discursus ac deductionis Temporum vocis Passiux̄ Barytonorum per omnes modos & Participia.

Indic. Præf. *τύπιομαι*  
& Imperf. *ἔτυπτόμην*,  
quæ duo Tempora  
in aliis deinceps modis  
cōtractilia sunt vt  
in Acti. à *τύπω*, *ω* in  
*ομαι* fit *τύπιοςμαι*. Rut  
sum ab *ἔτυπτο* verso  
or in *όμην*, fit *ἔτυπτό-*  
*μην*. Impera. *τύπιε*, à  
secunda Imperfecti,  
sublato augmento.

Orat. *τυπιοίμην, οίμαι* in *οίμην*,  
vel ab Actiuo *μι* in *μην*. *τύ-*  
*πιοιμι, τυπιοίμην.*

Subiu. *ἔαρ τυπιομαι*, vt in Indic.  
sed o precedēs *μαι*, migrat in *ω*.

Infin. *τυπιέσθαι*, à secūda plurali  
Indicatiui, verso *ε* in *αι* vel à  
tertia singul. vertēdo *θ* in *σθαι*.

Partic. *τυπτόμενος*, verso *μαι* in  
*μην*.

Indi

Indicat. perfecti. *τέτυμμαι* & plusquã perfecti. *ἔτυμμαι*, quæ in aliis deinceps modis compinguntur ut in voce *ἄεττα*. Formationem eorum vide apud Clenard.

Imper. *τέτυσο*, à secunda plusquã perfecti, sublato augmento.

Optat. *τέτυμεν* & *ἔτω*. Suppletur per Participium præteriti temporis & Verbũ Substantiuum Optatiui modi, ut apud Latinos.

Subiunct. *ἔτω τετυμένος ὦ, ἦς, ἦ*, per Participium præteriti temporis, & Verbum substantiuũ Subiunctiuvi modi, more Latinorum.

Infinit. *τέτυσθαι*, à secunda Plurali Indicatiui, verso *ε* in *αι*, & accentu retracto in pen. vel à tertia Singulari, mutatis tenuibus in adspiratas.

Particip. *τέτυμεν*, à prima Singulari, *μαι* versa in *μεν*.

Imperat. *τύθητι*, à tertia Indicatiui, si videatur, sublato augmento, & addito vel *δι* vel *τι*. vide Clenard.

Opt. *τυθῆτω*, à prima Singulari, sublato incremento, & inserta diphthongo *η* inter mutã adspiratam & terminationem *ω*, ut vides.

Subiunct. *ἔτω τυθῶ*, à prima Singulari, sublato augmento, & verso *ω* in *ῶ* circumflexum.

Infinit. *τυθῆναι*, à tertia Singulari, sublato augmento, & addito *ναι*.

Particip. *τυθῆς*, à secunda Singulari Indicatiui, sublato augmento, & acuto *εῖ*, pro *η* videlicet.

Indicat. Aorist. 1. *ἔτυθην*, à *τύθημι*, sublata reduplicacione, tenuibusque mutatis in adspiratas, & *αι* in *ην*. vide Clenardum.

Indicat. Aoristus 2. ἐτύπην ab Aëtio. ἔτυπον, versa syllaba οἷ in ηῖ.

Indic. Futu. 1. τυφθήσομαι, à secunda primi Aorist. persona sublato augmento, & addito οἷ, ut ἐτύφθη, τυφθήσομαι.

Indic. Futu. 2. τυπήσομαι, à secund. persona 2. Aor. sublato augmento, & addito οἷ, ut ἐτύπησθε, τυπήσομαι.

Imperatiuus τύπηθι, à tertia Singulari sublato augmento, & addito θι.

Optatiuus τυπέω, à prima Singulari reiecto augmento, & interiecta η diphthongo, vt in priore Aoristo.

Subiunct. ἔαρ τυπέω, à prima Singulari, si videatur, remoto augmento, & ω in ᾠ verso.

Infin. τυπῆναι, à tertia Singul. sublato augmento, & addito ναι.

Partic. τυπῆς, à secunda Sing. sublato augmento, & acutitona vltima, & assumpto η pro η.

Optat. τυφθήσομαι, à prima Singulari ομαι in οίμην.

Infin. τυφθήσεσθε, à secunda Plurali sui temporis indicat. conuerso ε in αι, vt in Præsenti.

Participium τυφθῆσόμενος, à prima Singulari μοι in μένος.

Optatiuus τυπήσομαι, à prima Singulari, ομαι in οίμην verso.

Infinitiuus τυπήσεσθε, à secunda Plurali sui temporis Indicatiui, sed ε in αι.

Participium τυπήσόμενος, à prima Singulari sui temporis Indicatiui modi μοι in μένος, τυπήσομαι, τυπήσόμενος.

Indic

Indicat. paulò post Fur.  
 τετυφομαρ, à secunda per-  
 fecti interiectio ομ, vt τετυ-  
 φαρ, inter φ & α interpo-  
 sito ομ, fit τετυφομαρ: vide  
 Clenardum, & contra na-  
 tura m Futurorum, quippe  
 augmento carentium re-  
 tinet augmentum Præte-  
 riti, à quo formatur, idque  
 in omnibus modis.

Optatiu. τετυφομενω, à pri-  
 ma Singula. ομαι in ομενω  
 verso.

Infinitiuus τετυφασθαι, à se-  
 cunda Plurali Indica. e  
 verso in αι.

Participium τετυφομενω, à  
 prima Singulari, verso  
 μαι in μενω, τετυφομαι,  
 τετυφομενω.

Ne te moueat, studiose Lector, quòd aliã viam  
 ingressus ego, alia plerunque ratione & methodo  
 vsus sim, quàm alij Grammatici consecrati sunt.  
 Mihi in quibusdam placuit alia subinde atque alia  
 præceptio, non in omnibus, inquam, sed in non-  
 nullis duntaxat. Studui enim (vt prædixi) & facilitati,  
 quantum in me fuit, & breuitati. Si alia metho-  
 dus tibi arrideat, eam amplectare. Si compendia-  
 riam magis nactus fueris viam, eam ingredi, eã  
 insiste. Nihil enim refert, quo quisq; modo quaq;  
 ratione discat, dummodo rem rectè intelligere  
 queat. In hisce formulis, à me breuitatis ergò tibi  
 præscriptis, primas quasque personas in singulis  
 temporibus tibi proposui: reliquas! autem atque  
 adeò motionem totam excursumque Coniugatio-  
 nis integræ per omnes personas & numeros ex  
 Clenardo expiscare. Volui enim hanc tibi præscri-  
 bere viam rationemve, qua postquã ex Clenardo  
 solidam Coniugationem didiceris, memorię tuæ  
 possis, nullo propè negotio, inculcare, ea præfer-  
 tim quæ in tanta multitudine, tot salebris sinuo-  
 sisque anfractibus, facilè memoria elabi possunt

& excidere. Tu quòd ea quæsiuerim diuerticula, in quibus utpote animum iam multis laboribus exantlatis, multisque sudoribus fathiscentem recreare ac reficere possis, æqui bonique consulas. Quoniam autem & actiuum & Passiuum absoluius, reliquum est, ut de Verbo quoque Medio nonnihil agamus.

Verbum medium, &c. pag. 35. ver. 24.

Ab Actiuo & passiuo Medium Verbum deflectunt Græci, quòd significationis utriusque sit particeps. Aliquãdo enim actiuè, aliquando & Passiuè significat, pro ratione utpote constructionis.

Præsens & Imperfectum Verbi Medij eadem prorsus sunt cum Verbo Passiuo. Perfectum verò & plusquamperfectum formantur ab actiuo per indicem secundi Aoristi, & secundi Futuri, cum finali & augmento Perfecti & Plusquamperfecti Actiuorum. Proinde superuacaneum foret hoc loco proponere elenchos deductionum eorum temporum: siquidem iam Præsenti & Imperfecto Medij Verbi satisfacimus in formula Passiuorum, à quibus in duobus illis Temporibus Medium nelatum quidem vnguem discedit. Quantum autem attinet ad perfectum & Plusquamperfectum, sequere tabellam Actiuorum. Reliquum igitur est, ut perstringamus utrunque Aoristum, & utrunque Futurum, in hunc modum.

Indic

Indicat. Aor. pri-  
mus medius ἐτυ-  
ψάμην, ab ἐτυψα  
primo Aoristo  
Activo, addendo  
μην, vt ἐτυψα, ἐτυ-  
ψάμην.

Imperatiuus τύψαι, à secunda In-  
dic. ω verso in αι, & abiecto  
augmento: vt ἐτύψω, τύψαι,  
ἄσθω.

Optat. τυψάμεν: unde & quo mo-  
do Imperat. addendo μιν.

Subiunct. ἐὰν τυψώμαι, à secunda  
Indicatiui, sublato augmento,  
& addito μαι.

Infinit. τυψάσθαι, à secunda plurali  
Indicatiui modi, sublato aug-  
mento, & ε verso in αι.

Particip. τυψάμενος, à prima Sin-  
gul. μιν mutato in μένος, & ab-  
iecto augmento.

Imper. τυπῆ, à secunda sui téporis  
Indicatiui modi, sublato aug-  
mento, & circumflexa vltima,  
vt ἐτύπη, τυπῆ, τυπέσθω.

Optat. τυπείμεν, à prima Sing.  
sublato augmento, & verso ο  
penultimæ in αι.

Subiunct. ἐὰν τυπώμαι, à prima Sin-  
gulari, ὀμιν vertendo in ὀμαι,  
cum auulsione augmenti.

Infinit. τυπέσθαι, à secunda plura-  
li, verso ε in αι, & augmento  
sublato.

Particip. τυπόμενος, à prima Sin-  
gul. verso μιν in μένος, cum re-  
iectione augmenti, vt ἐτυπώ-  
μην, τυπόμενος.

Indicat. Aorist.  
2. ἐτυπώμην, à se-  
cundo Aoristo  
Activo, ὀν in ὀμιν  
verso; vt ἐτυπον,  
ἐτυπώμην.

c 5

Indic.

Indic. Futu. 1.  
mediū τυφομαι,  
ab Actiuo τυφο,  
in ομω.

Optatiu. τυφοίμην, à prima singula-  
ri ομαι in οίμην.

Infinit. τυφεσθ, à secunda plurali &  
verso in αι.

Particip. τυφόμενος, à prima singu-  
lari, verso μαι in μένος.

Indic. Futu. 2.  
mediū τυπέμην,  
à 2. Futu. Act. ο  
circunf. vertēdo  
in έμην, vt τυπώ,  
τυπέμην.

Optat. τυποίμην, τυποίω, à prima Sin-  
gulari vertendo δμαι in οίμην.

Infinit. τυπέσθ, à secunda Plurali,  
verso ε in αι.

Particip. τυπέμενος, à prima Singul.  
gul. verso μαι in μένος.

Notio, Ex præcedentibus igitur palàm est, τυπίζομαι, vt Passiuum, significare percutior: vt Medium autem, percutio vel percutior: sic reliqua & Tempora & Modos huiusce Verbi aliorumq; consimilium, communiter exponito. Habent & Verba Deponentia Græci, quæ sola voce Passiua flectuntur, Actiuè tamen perpetuò significant: vt εργαζομαι, operor, εργαζόμενος, operabar, έργασμαι, operatus sum. In hisce Deponentibus coniugandis, primùm omnium fingenda est vox Actiua, etiam si abusiuua sit.

Contractiones Verborum, pag. 44. ver. 11.

Verba Grauitona, Actiua, Passiua, & Media hæcenus explicuimus, quàm potuimus breuissimè: si quid enim in nostris hisce adnotationibus desideretur, illud supplendum est ex Clenardo: siquidem illa duntaxat volui attingere, de quibus obscurè nimis locutus fuisset Clenardus, aut de quibus etiam nihil prorsus dixisset. Nunc restant determinanda Circumflexa, de quibus animaduer



maduertas Canones sequentes licet.

Verborum Circumflexorū coniugationes sunt tres, quæ quidem certè distinguuntur per figuratiuas Verborum Grauitonorum sextæ coniugationis, à quibus deducuntur.

Hæ characteristicæ seu figuratiuæ sunt tres mutabiles ε, α, ο: vnde si Verbum Grauitonum sexti coniugatus desinat in εω, Circumflexum ex eo erit primi ordinis coniugandi, vt ποίω, ποιῶ: si in αω, secundi; vt βόω, βοῶ: si in οω, tertij, vt χροῶ, χρῶ. Proinde per ε primam, per α secundam, per ο tertiam dignoscimus coniugationem. Ab aliis autem verbis Grauitonis nulla deducuntur Verba Circumflexa. Circumflexa ob id dicta sunt, quòd syllabam vltimam circumflectant, aut saltem syllabam affectā contractione, nisi sequens repugnet: quemadmodū & Grauitona, ab accentu graui, quo afficitur syllaba finalis: Dixi nisi sequens repugnet; quia longa etiam contracta, ante aliā longam acuitur, vt ἐποιέμην, ἐποιῶμι. Contracta verò, quia fiunt ex contractione vocalis figuratiuæ ipsius Verbi Grauitoni cum sequente vel vocali vel diphthongo. Quū igitur constet ex præcedentibus omnem contractionem fieri in hisce Verbis, ex vocali figuratiua Verbi Grauitoni, eadēque breui, nempe ε, α, ο, & sequēte vel vocali vel diphthongo: talem verò vocalium concursum tantū reperiri in prima cognatione temporum, hoc est, in Præsenti & Imperfecto, quæ habent easdē formatiuas inter se, vnde cognata dicuntur tempora: fit propterea, vt hæc verba habeant duntaxat duo tempora, Præsens & Præteritum imperfectum in  
omni

omnibus modis & Participiis. Quocirca superuacaneum fuerit in Verbis eiusmodi cætera requirere tempora, quum ea sint Grauitonorum sexti coniugatus, de quibus superius abundè satis diximus. Enimuerò quia Verba hæc Contracta formantur à Grauitonis Actiuis, Passiuis, & Mediis, nemo attentet ea coniugare, antequam Grauitonorum coniugationem exactè & tanquã proprios vngues tenuerit, alioqui ventos retibus captaturus. Tota enim eorum difficultas in contractione consistit, quam tu prorsus deuitaueris, si Grauitonis Coniugationibus perspectis & cognitis, canones pro formula cõtrahendi à Clenardo tibi præscriptos notaueris. Et quia tres (vt diximus) sunt coniugationes contractorũ, tres etiã pro numero coniugationũ elenchos, quas figuras cõtractionis vocãt, tibi præscripsit: quas formulas habebis ob oculos, siquidem ex nobis alias non habebis. Verum enim uero notabis sedulò, in omni formula seu elencho 4 vocales & 4 diphthongos sequi cõtinenter vocalẽ figuratiuam cuiusque Verbi Grauitoni sexte coniugationis. Vocales eiusmodi sunt 2 breues, videlicet *ε* & *ο*: & 2 longæ, *η*, *ω*. Quatuor autem diphthongi sunt *ει*, *οι*, *υι*, *ηι* cum *ι* subscripto, vt videas apud Clenardum in singulis formulis. Si *ω* sequatur figuratiuam cuiuslibet Coniugationis, fit semper contractio in *ω*.

Indicat. Præsens, *πρὸς τὴν ἀ.* pag. 46. ver. 4.

Ratio cõtrahendæ primæ Cõiugationis est eiusmodi, si Diphthõgus aut Vocalis longa natura sequatur figuratiuã *ε*, in eadẽ ipsam sequẽtẽ fieri debet cõtractio. si verò *ε*, in *ει*. si *ο*, in *οι*. vide Clenardũ.

Indi

Indicat. Præfens βράω, ᾶ, pag. 50. ver. 2.

In secunda Coniugatione si figuratiuam α sequatur vel ο vel ω, fiet in ω contractio. Si verò ε vel η, in α. quòd si ι sequatur in diphthongo, suppingitur vocali contractæ α vel ω, vt vides. Si autem υ, prorsus subtrahitur: hinc constat liquidò, in hac Coniugatione secunda omnem contractionē fieri in α vel ω.

Indicat. Præfens, χρυσόω, ᾶ, pag. 53. ver. 11.

Contractio tertiæ Coniugationis sic fit ο figuratiua sequentibus duabus breuibus, ε videlicet & ε, aut etiam & diphthongo, in & contrahitur. Si verò sequatur η, aut quæcunque alia diphthongus, contrahitur in οι. At Theodoro Gazæ placet, sequente η monophthongo contractionem fieri vel in ω, vel in &: cui tamen refragatur Chrysoloras, cui placet & in diphthongum οι duntaxat contrahi. Hinc palàm est, omnem huius Coniugationis contractionem fieri in οι, &, vel ω.

Monosyllaba circumflex. pag. 56. ver. 18.

Verba (inquit) Contracta reperiuntur monosyllaba in secunda Coniugatione, δράω, δράω: θλάω, θλάω: κλάω, κλάω. Sequitur apud Clenardum (In prima verò minimè) quem locum sic legimus: in prima verò primæ Coniugationis persona singulari, minimè, nec in prima. plurali, nec tertia, &c. Constat locum hunc vel libratorum vitio corruptum esse, vel Clenardum non satis dixisse: idq; ex verbis Demetrii, qui sic locum hunc tractat, Τότων δὲ τὰ πρῶτα πρόσωπα ἐστὶ τὸ δριςικὸν ἄνεσῶτ. Ἐ καὶ παρατακτικὸν, καὶ ἐστὶ τὰ τρίτα τῶν πληθυντικῶν ἐ σωκροῦν): τὰ δ' ἄλλα σιωαίρεισι ἐπιδέχεται, οἷον  
 πλέω,

πλέω, πλέεις, πλείς: πλέει, πλεί: πλέειτον, πλείτον, πλέειτον, πλείτον: πλέομεν, πλέετε, πλέεσι. ἐπλέω, ἐπλείς, ἐπλείς, ἐπλεί: ἐπλέετον, ἐπλείτον: ἐπλέετιν, ἐπλείτιν: ἐπλέομεν, ἐπλέετε, ἐπλείτε; ἐπλεομ-  
 id est, Horum verò primæ personæ in Indicatio-  
 Præsenti, & Imperfecto Præterito, & item tertiæ  
 Plurales non contrahuntur. Aliæ autem contra-  
 ctionem recipiunt, vt πλέω, id est, nauigo, &c. vt  
 suprâ. Adde quòd & Optatiua & Subiunctiua hu-  
 iuscemodi Verborum non contrahuntur profusus:  
 vt πλέοιμι, πλέοις, πλέοι, ἐὰν πλέης, πλέην, &c. Et de  
 Circunflexis quidem hæcenus: nunc ad Verba in  
 μι transitus est faciendus.

Indic. Præsens τίθημι, pag. 60. ver. 22.

Verba in μι à terminatione nomen sortita sunt.

Verba autem Grauitona & Circunflexa ab ac-  
 centu.

Verba in μι quatuor habent Coniugationes,  
 quarum tres primæ deducuntur à Verbis Graui-  
 tonis sextæ Coniugationis habentibus circunflex.  
 Quæ autem in μι sunt quartæ, à Verbis item se-  
 xtæ desinentibus in ω: habentque omnia verba in  
 μι tria duntaxat tempora, Præsens, Præteritum  
 Imperfectum, & Aoristum secundum. Cætera que  
 verbis in μι tribuuntur, tempora sunt Grauitono-  
 rum. Proinde verba in μι primæ coniugationis,  
 fiunt à verbis in έω: Secundæ, à verbis in άω: Ter-  
 tiæ, à verbis in όω: Quartæ, à verbis in υω desi-  
 nentibus, mutando ω finale in μι, & penultimas  
 vocales mutabiles in proprias longas, hoc est, ε  
 & α in η: & ο in ω: υ per se producitur. quæ lon-  
 gæ vocales in duali & plurali omnium actiuorum  
 primæ

primæ cōiugationis, & in omnibus passiuis & mediis iterum mutantur in suas breues. Verbis in *μ* trium primarum coniugationum, & Grauitonis item eorum thematibus Iones præfigunt augmentum *ι*, aut etiam loco *ϕ*, in quibusdam *ε*, cui (nisi extendatur positione, aut præponatur verbo incipienti à vocali) præponitur consonas capitalis littera ipsius thematis. vnde fit vt verba eiusmodi trium sint vt minimum syllabarum. Quæ autem nos hoc loco augmenta vocamus, Clenardus Reduplicaciones proprias & improprias appellat.

Superiorum regularum exempla.

Themata grauitona, vnde fiunt verba in *μ*.

<i>ἴδω</i>	<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶμι.</i>
<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶμι.</i>
<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶμι.</i>
<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶμι.</i>
<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶ</i>	<i>ἰδῶμι.</i>

Reliqua autem quæcunq; tradi possunt de Verbis in *μ* in præsentia, tibi ex Clenardo supplenda sunt, siue ad coniugationem ea spectent, siue ad temporum deductionem, cuius certè deductionis formulas tibi præscripsissem; haud fecus ac feci in Verbis Grauitonis, nisi subiisset vereri, ne nimius essem in te ex antecedentibus perspicua satis. Nūc autem reliqua pergamus adnotare, quæ Clenardo intacta, aut ab illo non satis discussa, per necessaria videbuntur.

Tertiz personæ Singul. *ὄς* *ς*, pag. 76. ver. 17.

Nominatiuus *ὄς*, pronominis primitiui, auctore Demetrio; est abusiuis, sed à casu gignendi *ς*, id est, sui, incipiendum, id quod Latini imitati

tati Græcos fecerunt.

Attici demonstratiuis, pag. 77. ver. 7.

Singulis casibus Pronominum Demonstratiuorum Attici addunt iora acutitonum, idque autore Demetrio, *πρὸς πλάσσειν ἐν δ' αἴμα*, id est, ad maiorem demonstrationem. In nono autem versu eiusdem paginae, *ταυτί & ταυτί*, pro *ταυτοί & ταυταί* dicta sunt per Syncopen, vitandi hiatus gratia.

Contrahuntur etiam nomina in *oos*, pag. 86. ver. 22.

Vox in contracta Nominum in *oos* desinentiū, tertiæ est Declinationis simplicium, declinatūq; instar nominis *λόγῳ*, *λόγῃ*. Eo namque modo quo in secunda reperiuntur quædā in casibus omnibus contractionem recipientia, vt docuit Clenardus pag. 86. versu 22. Eodem quoque modo hæc in omnibus casibus contrahuntur. consule Clenardū.

Sic *χευσῆς*, pag. 87. ver. 6.

Nomina metallica contractionem admittentia, in syllabam contractam Accentum (contra canones communes omnium aliorum nominum) retrahunt, vide Clenardum.

Acuta in *υ* τῆ *ί*, pag. 87. ver. 13.

Meminit hoc loco Clenardus eorum nominū, quæ à Theodoro dicuntur Nomina primi seu prioris *υ*, & Nomina secundi *υ*: illa enim apud Theodorum dicuntur primi *υ*, quæ in obliquis pro *υ* finali recti & primi casus, assumunt *ι*, vt *ἰδύς*, *ἰδέ*: secundi autem *υ* vocantur illa quæ in omnibus casibus retinent *υ*: imò quæ in contractis casibus in *υ* contractionem ferunt, vt *ὁ βότρυς*, *βότρυ*; *οἱ & ᾧ βότρυες*, *βότρυς*; *τὸς βότρυας*, *βότρυς*. consule Clenardum pag. 87. ver. 17.

Attici

Artici tertiis person. pag. 90. ver. 11.

Sivel aliquatenus te torqueat hic locus Cle-  
nardinus, vide tu ea quæ de appendice tum At-  
tica tum Communi superius dixerim in eum lo-  
cum Clenardi, ybi pagina 22. versu 18. sic ha-  
bet, Dativus pluralibus aut personis in desinen-  
tibus, &c.

Litera g, &c. pag. 90. ver. 24.

Verba omnia, quorum litera capitalis thematis  
est g, quia g consona est, syllabicè augmentur: sed vt  
syllabicum augmentum sit positione longum, g  
geminatur in præteritis post ipsum augmentum,  
ῥέω, ἔρρεον: ῥίπῳ, ἔρριπτορ: sic reliqua cohors verbo-  
rum à g incipientium. Cæterum de tenuando &  
aspirando g, siue in principijs dictionum, siue in  
mediis dictionibus, abundè satis, nisi fallor, loquu-  
tus sum initio harum adnotationum. tu igitur si quid  
hac in re hoc loco desideres, illinc repetas.

In incremento, &c. pag. 91. ver. 4.

Duo sunt verba ab α incipientia, quæ contra  
normam aliorum non mutant α in η in Præterito  
imperfecto, augmenti temporalis recipiendi gra-  
tia, propter concursum utpote duorum ηη vitan-  
dum: ἀνδέλω, desuesco: Imperfecto ἀνδέων, & nō  
ἠνδέων. Sic ἀνδίζομαι, abhorreo: Imperfectum  
ἀνδίζεμεν. Nec item ista duo, ἀσπиро, ἀσπιορ, ne coin-  
cidat cum ἠσπιορ ibam. ἀκω audio, ἀκιορ, ne dentò coin-  
cidat cum imperfecto ἠκιορ ibam.

Diphthongum οι hæc, &c. pag. 91. ver. 21.

Verba quæ hoc loco citantur à Clenardo, nō mu-  
tant οι in Præterito imperfecto, sed illis superaddi-  
dit Vibanius οἰμάζω, id est, lugeo: Aoristo primo  
οἰμάσθην  
d tamen

tamen vsus est Plutarchus ἁμῶτας: & Lascaris in tractatu de verbis anomalis ira dicendum esse censeret. Aduertendum autem est, pleraq; eiusmodi verborum, aut anomala esse, aut defectiua, aut certe inusitata in quibusdam temporibus. Proinde ex autorum classicorum accurata lectione vsus eorum est attendendus.

Compositi augetur, &c. 91. ver. 25.

Præter ea quæ iam de augmento dicta sunt, sciendum, Verbum cum Præpositione compositum, non plus significans quàm simplex, augeri in principio totius compositi: hoc est, si sui simplicis significationem seruet, suscipere augmentum ante præpositionem, scilicet in principio Verbi: vt ἐπεω, dico, componitur cum ἐν, & idem significat, ἐπέπω, ζυέπω: ἐνδω, dormio, καθένδω, idem, καθένδου compositum ex ἔν & ἐνδω, abiecta per Apostrophum extrema vocali Præpositionis, & muta tenui conuersa in suam adspiratam, propter adspiratam sequentem vocalem. Tenuis enim muta, vt antè diximus, ante vocalem adspiratam semper transit in suam adspiratam. Præpositione verò plus significati addente, notandum fieri augmentum in principio Verbi simplicis, non præpositionis per compositionem verbo præfixæ, hoc est, vt apertius loquamur, Verba composita si significationem simplicis mutant, suscipiunt augmentum inter Præpositionem & Verbum: vt λαλέω, loquor, κατλαλέω, detraho, κατἐλάτω: γράφω, pingo, scribo, καταγράφω, describo, depingo, κατἐγραφω: ἀκέω, audio. παρακέω, dissimulo audire, obaudio, παρακίω. In quibus adueniente augmento abigitur  
ultima



ultima vocalis, vt prædiximus, præpositionis, præterquam ab his duabus  $\omega\rho$  &  $\omega\rho\epsilon\iota$ : vt  $\tau\rho\acute{\epsilon}\chi\omega$ , curro,  $\omega\rho\tau\rho\acute{\epsilon}\chi\omega$ , præuerto cursu, præcurro,  $\omega\rho\acute{\sigma}\tau\rho\epsilon\chi\omega\iota$   $\epsilon\rho\chi\omega\mu\alpha\iota$ , eo, venio,  $\omega\rho\epsilon\iota\rho\chi\omega\mu\alpha\iota$ , oberro, obambulo,  $\omega\rho\epsilon\iota\eta\rho\chi\acute{\omicron}\mu\iota\omega$ .

Quædam Attici augent initio, &c. pag. 91. ver. 28.

Docet hoc loco Clenardus, quædam cõposita more Attico suscipere augmentum in principio, quædam in medio, & quædam vtrinque: quorundam tamen simplicia themata sunt abusiva.

Attici inchoatorum ab  $\epsilon$ , &c. pag. 92. ver. 18.

In verbis incipientibus ab  $\epsilon$ ,  $\alpha$ ,  $\omicron$ , Attici Præterito communi Actiuo, Passiuo, Medio, duas literas initiales præsentis anteponunt, corripiuntque sepius tertiam à principio syllabam, si Verbum quadrisyllabum excreuerit: vel si inuis, hanc regulam accipe his verbis, Præterito communi Verborum à breui vocali mutabili incipientium, Actiuo, Passiuo, & Medio, Attici duas primas literas thematis præfigentes, tertiamque à principio syllabam corripientes, si tres syllabas excesserit, proprium Præteritum faciunt Actiuum, Passiuum, & Medium. Tertia syllaba hoc modo corripietur, si longa fuerit, videlicet  $\alpha$  in  $\epsilon$ , &  $\omega$  in  $\omicron$  conuertetur, & subiunctiuæ quidem, utpote  $\epsilon$ ,  $\upsilon$ , præpositiuam  $\epsilon$  reiicient:  $\omicron$  verò subiunctiuas abiiciet ex diphthongo, si tertia à prima syllaba, longam vocalem diphthongumve habuerit. Quòd si breuem vocalem, eam retinebit. Itidem & communem siue bitemporam: videas tamen in quibusdam tertiam à principio dictionis syllabam longam esse positione, sed non natura.

d 2

Præsen

Præsentia.	Præterita cōmunia.	Præter. Attica.
ἀλίσθω, molo	ἤλυκα	ἄλυκα.
ἔρωτάω, interrogo	ἤρώτηκα	ἔρηρότηκα.
ἀλείφω, ungo	ἤλειφα	ἄλλίφιλα.
ἔλευθω, venio	ἤλευθα	ἔλλυθα.
ἔτοιμάζω, paro	ἔτοίμακα	ἔτοίσομακα.
ἀκίδω, audio	ἤκηκα	ἀκήκοα.
ἀγείρω, congrego	ἤγερκα	ἀγήγερκα.
ἐγείρω, excito	ἤγερκα	ἐγήγερκα.
ᾠλέω, perdo	ᾠλεκα	ᾠλώλεκα.
ὀμώω, iuro	ᾠμοκα	ὀμώμοκα.
ἐρίζω, litigo	ἤρικα	ἐρήρικα.
ὀρύσσω, fodio	ᾠρυχα	ὀρώρυχα.
ὀλλω, perdo	ᾠλλα	ὀλώλλα.
ὄπτω, video	ᾠπα	ὄππαπα.
ἔδω, comedo	ἔδωκα	ἔδηδωκα.
ὄζω, oleo	ᾠδα	ὄδωδα.

Similiter in Plusquamperfecto fit Attica reduplicatio, vt ex ὀρώρυχα, ὀρωρύχημ: ὀμώμοκα, ὀμωμώκημ: & sic de similibus.

Attici præterea, pag. 93. ver. 16.

Themate à λ & μ incipiente, Attici in Præterito, pro λ & μ reiectis, ipsi ε p̄silo asciscunt, vt conficitur Diphthongus ει, vt: λήβω, λείληφα, εἴληφα, εἴλημαι, εἴληφθην: μέρω, μέρομαι, μέμαρμαι, εἴμαρμαι, εἴμαρμην, εἴμαρμην, &c. consule Demetrium.

Futura tria sunt, pag. 95. ver. 1.

Dicit Clenardus tria esse Futura, quæ spiritum Præsentis seu thematis nō seruant, sed nullam ille addit rationem, præterquam de Futuro ἔξω, quæ tamen est inualida, si propius ingenij aciem intendas. Sed illa potius danda erat ratio, quæ omnibus

nibus communiter inferuieret, nempe ne duæ aspiratæ concurrerent in principio dictionis. Exempla tibi ex Clenardo petenda sunt, & adamussim examinanda.

Quatuor Attici, &c. pag. 96. ver. 10.

Hæc regula strictior est, quàm sit operæpretium: siquidem in numerum quaternarium cogi non debet, quia passim apud Aristophanem, & alios classicos auteres Græcos inuenias omnia, sine ullo discrimine, verba formare secundas, tum præsentium tum futurorum omnium personas in  $\alpha$  pro  $\eta$ . tu. videris.

Et tertia pluralis in Aorist. pag. 108. ver. 20.

Putat Clenardus Syncopen esse, quum dicitur  $\eta\gamma\epsilon\rho\delta\epsilon\pi$  pro  $\eta\gamma\epsilon\rho\delta\eta\sigma\alpha\gamma$ , &  $\delta\acute{\alpha}\sigma\mu\epsilon\delta\epsilon\pi$  pro  $\delta\acute{\alpha}\sigma\mu\epsilon\delta\eta\sigma\alpha\gamma$ : id quod profectò non fecisset, si proprietatem linguæ Bæoticæ expendisset, quæ in Aoristis passiuis à primis singularibus in  $\iota\omega$  desinentibus, amborum quidem Aoristorum passiuorum  $\iota\omega$  in  $\epsilon\pi$  mutata, format tertijs plurales, vt  $\delta\acute{\alpha}\sigma\mu\epsilon\delta\iota\omega$ , verso  $\eta$  in  $\epsilon$  fit  $\delta\acute{\alpha}\sigma\mu\epsilon\delta\epsilon\pi$ : alioqui si cum Clenardo Syncopen esse censeremus, dicendum foret  $\delta\acute{\alpha}\sigma\mu\epsilon\delta\epsilon\pi$ , per  $\alpha$  facta Syncope, quod omnino est absurdum. rectè contra sentit de reliquis, quæ ille de Syncope tradit: & sic hoc in loco canemus receptui, etiam inuiti. Multò plura enim in Clenardum adnotauissemus, nisi id vnum nobis accidisset, quod sine lacrymis meminisse non possumus. Quum enim studio cuique, & linguæ potissimum Græcæ candidato, hæc minutias, rudioribus adhuc ingenijs, tenuique lacte alendis non omnino inutiles scriberem, allata mihi ab amico epistola, quæ stylum

meum, studiorumque meorum impetum sum-  
 moperè repressit: quippe quæ me (quanto meo  
 dolore non dico) obitus materni certiolem fecit.  
 Et quia homo sum, nihilque à me humani alie-  
 num putavi, ut sunt hominum mores, humanis af-  
 fectibus permotus: ego perlecta epistola, ilicò &  
 chartas & calamos abieci, obortis lacrymis: Per fu-  
 nettam lugubremque eiusmodi epistolam, ab ami-  
 cis aliis superstitionibus deuocabar ad pollincturam  
 ac procurationem funeris materni, cui officio ab-  
 nuere impium omnino putandù fuisset. Cæterum  
 mihi dolet non parum, quòd opus nec satis abso-  
 lutum, nec elimatum satis, emittere habeam ne-  
 cesse: impulsus præterea etiam à bibliopola, qui  
 quotidianis conuiciis efflagrat, ut maesto animo  
 pergam edere fœtum vel immaturum. Quod pro-  
 fectò feci intrepidè, sed ea procliuitate animi ad  
 literas bonas tum excitandas, tum fouendas, qua  
 propensus iam multos annos in studiosos quos-  
 que fui, & fore in animo est. Et quum illa inoleue-  
 rit consuetudo, ut plerique omnes libros suos vel  
 magnatibus quibusdam, vel proceribus ciuitatis  
 cuiuspiam, vel columinibus quoque rerum publi-  
 carum, regibus, imperatoribus nuncupent: ego  
 quidem certè τὸ κερδοφίλας aucupandæ minimè cu-  
 pidus, obuiò cuique, mihi certè beneuolò istum  
 meum dedico opusculum, modò meminerit ille  
 benè viuere, & latari.

ῬΕΝΑΤΟΥ ΙΛΛΟΝΙΟΥ ΕΠΙ-  
γραμμα εἰς Βαδῶν, καὶ Βαδῶν  
ἀπομνημονεύματα.

✠✠✠

Ἐλλιωσμός μῶλον ἐπιείχων ἀνά Κελτῶς  
Ὀμμασιρ ἀμβλώγων, ἐπεδ' ἐνέλο φῶλος ἰαῖρῶς,  
Ὅς νόσων τῶτων ἐπιλωθέα κῆρ' ἀποέρσοι.  
Αὐτὰρ ὁ Βαδῶναι μὲν ἐπικαίει ἦλθεν  
Ἡῦτε κνίσσόμενον, μαράδρα χ' ἄτ' ὀνήχυι ὄρπηξ  
Βοσκηθεῖς, ἰοκίωτε καὶ ἀυγήοι τῆσι.

11. ... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..

PRAXIS SEV VSVS  
PRÆCEPTORVM  
GRAMMATICES

GRAECAE:

*Opus mole quidem perexiguum, sed tamen  
ad Græcos tum Oratores, tum Poëtas  
intelligendos magno linguæ  
Græcæ studiosis fu-  
turum vsui.*

\* \* \*



LUGDUNI,  
APVD ANTONIVM  
GRYPHIVM.

1564.









# ANTONIUS GRYPHIVS

ΦΙΛΕΛΛΗΣΙΝ ΑΔΟ-

ΛΕΣCΕΝΤΙΒΥΣ

S. D.



VVM Clenardi in Græcam Linguam Institutiones multiplici impressione corruptas (vt est librorum corruptrix Typographia, nisi in his excudendis summa diligentia adhibeatur) primùm magna fide castigari: deinde vt castigatissimè excuderentur, dedissemus operam: nobis è re vestra visum fuit, studiosi adolescentes, his annectere Praxin præceptorum Grammatices, quam olim Petrus Antesignanus, vir omni humaniorum literarum genere ac linguarum varietate politissimus, paucis complexus fuit, vt vobis non ad Oratores solùm & Historicos, verùm etiam ad Poëtas intelligendos via pararetur, imò verò facilis pateret ingressus. Verùm quum notæ arithmeticæ & literæ, quas ipse Antesignanus ob breuitatis studium ingeniose excogitauit, vobis aliquid negotij facessere possent, nisi hac de re prius essetis admoniti, instituti sui rationem paucis accipite: Scholiorum notæ arithmeticæ, quas superiores siue interlineares vocant, respondent is contextus dictionibus, quæ easdem notas in vno vel in diuersis eiusdem tractatus locis habuerint. At eorum numerorum, qui in ipso Praxeos cursu occurrunt, primus quidem Institutionum paginam, alter verò ac nonnunquam tertius, interiecta coniunctione Et, paginæ citatæ versum demonstrat: quum verò vnicus tantum numerus fuerit appositus, innuitur parem numerum in eodem Praxeos tractatu quærendum. Literæ Græcæ positæ in margine post

AA 2 conte

contextum, ostendit quæ vocales vel diphthongi è con-  
 textu per apostrophum reiectæ fuerint. Literæ quoq; La-  
 tinæ tum in cõtextu tum in Praxi appositæ fuere, vt bre-  
 uiter ob oculos ij idiotismi, qui in his Poëtarum fragmen-  
 tis, ac passim in quibusuis Poëtis occurrüt, proponeren-  
 a tur. a, igitur indicat paragogen literæ datiuus pluralibus  
 vel personis verborum in i, vel e desinentibus, idque non  
 b solum ante vocalem, sed etiam Atticè consona subse-  
 c quente, Instit. pag. 90. ver. 21. b, articulum præpositiuum  
 c cum particula *δε* & *γε* positum pro pronomine demon-  
 stratiuo eiusdem casus generis & numeri, 97. 1. c, hoc  
 idem indicat, sed sine *δε* & *γε*, quod magis poëticum est.  
 d 78. 29. d, articulum etiam præpositiuum pro subiuncti-  
 e uo sumptum. e, præpositionum anastropheu. f, earun-  
 f dem tmesim, quum scilicet inter partes dictionis compo-  
 sitæ inseritur vnum vel plura vocabula, qua figura & Poë-  
 tæ Latini interdū vtuntur: vt apud Lucanum, Inq; vicem  
 g, h gens omnis amet, pro Inuicémque. g, *η* Ionice pro *α*. h,  
 genitiuum pluralem primæ & secundæ declinationis in  
 i *εω* Ionice pro *ων*. i, paragogen vocalis i quibuscunq;  
 k datiuus pluralibus in e desinentibus. k, *ησι* vel *ης* Ionice  
 pro *αισι* vel *αις* in datiuus pluralibus primæ & secundæ  
 l declinationis. l, *οι*, pro *ο* Atticè, Ionice & Thessal. in  
 m genitiuo sing. tertiæ declinationis. m, pro contrahendis  
 n syllabis, incontractas Ionice poni. n, augmentum ver-  
 o borum Ionice reiectum. o, *α* pro *η* Doricè. p, infinitiuum  
 p Doricum & Att. in *μεναι*, vel Poëticè in *μμεναι*. pro *υ* vel  
 q *υαι*. q, futurum primum cuiusuis coniugationis Doricè  
 r circumflexum. r, duplex *τι* pro duplici *αι*, Atticè, 20. 15.  
 s, t, v s, τ pro σ Doricè. t, *ει* pro *ε* Doricè. v, verbum poëticum  
 x in *ειω* pro *εω* primæ coniugationis circumflexorum. x, *ξ*  
 y Atticè pro *σ* in compositis à *σω*. y, particulas expletiuas  
 z & potentiales. z, *σδ* pro *ζ* Doricè. Cætera quæ notis aut  
 literis denotata non sunt, scholiis explanabuntur. Habe-  
 tis, adolescentes humanissimi, Antesignani cõsilium, cuius  
 opera nos vsi sumus, vt vobis in vsu præceptorum  
 Græcæ Grammatices alicui adiumento essemus. Boni  
 itaque consulite, ac nos pro nostra in vos beneuolentia  
 diligite. Valere.



P R A X I S P R A E-  
C E P T O R V M  
G R A M M A-  
T I C E S.

O R A T I O D O M I N I C A.

<sup>1</sup> ΕΥΧΗ <sup>2</sup> ΚΥΡΙΑΚΗ.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur  
<sup>3</sup> Πάτερ <sup>4</sup> ἡμῶν, <sup>5</sup> ὁ <sup>6</sup> ἐν <sup>7</sup> τοῖς ἔρανοις, <sup>8</sup> ἁγιασθήτω  
nomen tuum: adueniat regnum tuum:  
<sup>9</sup> τὸ ὄνομα <sup>10</sup> σε· <sup>11</sup> ἐλθέτω <sup>12</sup> ἡ βασιλεία <sup>10</sup> σε·  
fiat voluntas tua, sicut in cælo & in  
<sup>13</sup> γαλήνῃ <sup>14</sup> τὸ θέλημα <sup>10</sup> σε, ὡς <sup>6</sup> ἦν <sup>7</sup> ἐρανῶ καὶ <sup>15</sup> ἐπὶ  
terra. panem nostrum quotidianum da nobis  
<sup>16</sup> τῆ γῆς. <sup>17</sup> τῆ ἄρτου <sup>4</sup> ἡμῶν <sup>18</sup> τῆ ἐπίδοιου <sup>19</sup> ἡμῶν <sup>4</sup> ἡμῶν

S C H O L I A.

<sup>1</sup> VT Τιμῆ, δ. 8. Est nomen verbale ab ἔρχομαι, oro. <sup>2</sup> Vi ἡ εὐχὴ, ἤσ. κυριακὸς, κηλῆ. δ. 1. 5. Est nomen possessiuum ductum ab ὁ κύριος, dominus. <sup>3</sup> Vide, 12. 1. & 15. 5. 24. & 86. 13. <sup>4</sup> 76. 14. <sup>5</sup> 6. 18. & 125. 12. <sup>6</sup> 80. 18. <sup>7</sup> Vi τοῖς λόγοις, δ. 23. ab ὁ ἄρανος, ἔ. <sup>8</sup> Vi τοφθῆτω, 36. 25. ab ἀγιάζω, μ. ἄζω, sanctifico. fit ab ὁ ἄγιος, sanctus <sup>9</sup> Vi τὸ βῆμα, 10. 9. <sup>10</sup> 76. 15. 121. 7. <sup>11</sup> Vi τοπέτω, 27. 25. ab ἔρχομαι, venio, aduenio, sed fit tanquam ab ἐλθέτω. <sup>12</sup> Vi ἡ φιλία, 8, 14. <sup>13</sup> Vi τοφθῆτω, 36. 25. ἀ γίνομαι, fio, sed tanquam ἀ γενέομαι, 107. 8. <sup>14</sup> Vi τὸ βῆμα, 10. 9. Est nomen verbale, 84. 22. ἀ θελω, volo, sed tanquam ἀ θελίω, μ. ἔζω, 111. 6. <sup>15</sup> 80. 20. & 125. 22. <sup>16</sup> Vi τῆ τιμῆς δ. 8. ab ἡ γῆ, τῆ γῆς. per. crasim pro ἡ γῆα, τῆ γῆας. <sup>17</sup> Vi τῆ λόρον, δ. 23. <sup>18</sup> Vi τῆ λόρον, δ. 23. <sup>19</sup> 68. 7. & 73.

ἡ εὐχὴ, ἤσ.  
κυριακὸς, ἤ, ἔν.  
ἀγιάζω.  
ἐλθέτω.  
ἔρχομαι.  
γαλήνῃ.  
τὸ θέλημα,  
ατος.  
ἡ γῆ, τῆ γῆς.

AA 3 hodie

hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut  
 σήμερον· καὶ <sup>20</sup> ἄφες <sup>4</sup> ἡμῖν <sup>21</sup> τὰ ὀφειλήματ' α <sup>4</sup> ἡμῶν, ὡς  
 & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne  
 καὶ <sup>4</sup> ἡμεῖς <sup>22</sup> ἀφίεμεν <sup>23</sup> τοῖς ὀφειλέταις <sup>4</sup> ἡμῶν· καὶ μὴ  
 inducas nos in tentationem, sed libera  
<sup>24</sup> εἰσονέγκης <sup>4</sup> ἡμᾶς <sup>25</sup> εἰς <sup>26</sup> πειρασμόν, ἀλλὰ ῥύσαι  
 nos à malo. Amen.  
<sup>4</sup> ἡμᾶς ἀπὸ <sup>27</sup> τῶν πειρασμῶν. <sup>28</sup> Ἀμὴν.

δός, ἀφες. <sup>20</sup> 100. 26. <sup>21</sup> *Ἐπι βήματα, 10. 9. Verbale ab ὀφείλω, debeo, sed  
 τὸ ὀφείλω·* tanquam ab ὀφείλω, μ. ἤζω, 84. 26. & 95. 9. <sup>22</sup> *Compositum ex  
 ἀφίεμεν.* ἀπὸ, 23, 21. & ἡμῖν, 100. 9. <sup>23</sup> *Ἐπι τοῖς Χρυσταῖς, 7, 22. Verbale, 84.*  
<sup>δὸ ὀφειλέτης. 8.</sup> 30. *ab ὀφείλω. Quia penultima corrigitur, poterit duci tanquam ab  
 ὀφείλωμι, 84. 31.* <sup>24</sup> *Ἐπι τῆς, 29. 16. ab εἰσφέρω, sed quasi ab  
 εἰσονέγκης.* εἰσονέγκω, 103. 16. & 20. <sup>25</sup> 80. 19. & 125. 29. <sup>26</sup> *Ἐπι τὸ λόγον  
 ἢ πειρασμός, 8.* 8. 23. *Verbale, 84. 26. ἀπειράζω, vel πειράω, μ. ἤζω, tento.*  
<sup>27</sup> *Ἐπι τῆς ζύλης, 8. 28. Adiectivum Ἐπι ὁ ἀγῆρος, 81. 5. hoc loco  
 Ἀμὴν.* substantiatur in neutro genere. <sup>28</sup> *Dictio est Hebraica & hetero-  
 clita, significans, verum, fiat seu efficiatur: & quonodoque, Ἐπι in sa-  
 lutatione Angelica, verum est.*

## EURIPIDIS ORESTES

ἘΥΡΙΠΪΔΟΥ ὈΡΕΣΤΗΣ.

ARGUMENTVM.

Ἰ Π Ὅ Θ Ε Σ Ι Σ.

Orestes propter matris cædem, simul & à  
 Ὀρέστης διὰ <sup>4</sup> τῆν <sup>5</sup> τ' μητρὸς <sup>4</sup> σφαγῆν, ἅμα καὶ ὑπὸ  
 Σ C Η Ο Λ Ι Α.

Orestes. <sup>1</sup> *Ἐπι τῆς Χρυσταῖς, 7. 22.* <sup>2</sup> *Maxima Orestis facinora in hac fa-  
 bula continentur, Ἐπι ex eius argumento ac ex Electra oratione po-  
 teris colligere. ideo eam Euripides Orestē appellavit.* <sup>3</sup> *Verbale, 84.*  
<sup>ἢ ὑπόθεσις, 100.</sup> 28. *ab ὑποτίθημι, suppono, principia pono. componitur ex ὑπὸ &  
 ἢ σφαγή, ἢς.* πῆμι, 60. 16. *Vide 112. 22.* <sup>4</sup> *Ἐπι τῶν πηλῶν. Verbale à σφάζω, vel  
 σφάττω, preteritū medium Ἐπι σφαγα, 40. 20. unde ἢ σφαγή. <sup>5</sup> 12. 2.*

Furiis

Furiis perterritus, & ab Argiuis  
 6 Ἐρινύων 7 δειμαίνεσθαι, καὶ ὑπὸ 8 Ἄργείων  
 condemnatus morte, interfecturus  
 9 κατὰ κρείδης 10 θανάτῳ, 11 μέλλων 12 φονεύειν  
 Helenam & Hermionem, eò quod Menelaus  
 13 Ἐλένῳ καὶ 13 Ἑρμιόνῳ, 14 ἀνδ' ὧν Μονέλαος  
 præsens non tulit-orem, prohibitus-est ab  
 15 παρῶν ἕκ 16 ἐβόησεν, 17 ἀκωλύθη ὑπὸ  
 Apolline. Apud nullum autem ponitur  
 18 Ἀπόλλωνος. Παρ' 19 ἔδεν ἢ 20 κείται  
 fabula. Præfatur verò Electra vt  
 α 21 ἡ μυθολογία. 22 Προλογίζεται ἢ ἡ Ἠλέκτρα 23 ὡς

S C H O L I A.

6 *Ἐρινύων*, 13. 31. componitur Ἐρινύος ex ἔρις, ἰκ, & ἴης, ὁ Ἐρινύος, νόσ-  
 mens, quasi sit mentis lis & pronocatio. 7 *δειμαίνεσθαι*,  
 56. 6. à δειμαίνω, perterrefacio. Fit à nomine τὸ δειμαίνω, δει- δειμαίνω.  
 μαίνω, rauor, metus. 8 *Ἀργείων*, vt ἄνω ἄνω, 8. 27. Ἀργεῖος, ὁ Ἀργεῖος, κ.  
*Argiuis*, fit à τὸ Ἄργος, εσ, Argos clarissima ciuitas Pelopon-  
 nesi, non procul à Mycenis, vbi Agamemnon Orestis pater re-  
 gnauerat. 9 *κατὰ κρείδης*, 39. 4. à κείρω κείρω, condemno. 10 *ὑπὸ*  
*παρῶν*, θάνατος, dicitur quasi πέναιος, id est, extensa, porrecta, ὁ θάνατος, θ.  
 à πέναιος, extensio, τρηθο. Mors enim se ad omnia extendit ac  
 porrigit. 11 *ὑπὸ*, 30. 6. à μέλλω. 12 *κείται*, 29. 28.  
 à φονεύω, interficio. fit à nomine ἡ φονή, cædes, 13 *ἄνω*, φονεύω.  
 14 *ὑπὸ*, 29. 14. à πάρεμι, adsum. Componitur ex ὁ παρῶν, ὄντιος.  
*παρῶν*, 23. 15. & εἰμί, 98. 18. 16 *ὑπὸ*, 25. 17. à βοη- βοηθῶ.  
*θῶ*, κ. ἡσ, auxilior, opem fero. fit à nomine ὁ βοηθός, ὁ, sau-  
 tor, adiutor, 17 *ὑπὸ*, 35. 10. à ἀκωλύω, prohibeo. 18 *ὑπὸ*  
*Ἀπόλλωνος*, 11. 15. 19 *ὑπὸ*, 13. 1. 20 *κείται*, 28. 21 *ἡ μυθολογία*,  
 μυθολόγος, fabulator: quod componitur ex μῦθος, fabula, & λόγος, ἡ μυθολογία.  
 sermo. Quare μυθολογία, proprie est ratiocinatio fabularum. Sumitur  
 verò pro fabula simpliciter. 22 *ὑπὸ*, 22. 7. à ἀπολογίζω, ἀπο-  
 λογίζομαι, quod sit ἀπολογία, prologus, præfatio: componitur ex ἀπο-, ἀπο-  
 λογίζω, 23 *ὡς* varia significat: hic sumitur pro, vt, vt-pote.

foror Orestis miserabili oratione-utens  
 24 ἀδελφὴ Ὀρέστου 25 ἐλεηνολογῶσα  
 propter Tantalum.  
 διὰ 26 τοῦ Τάνταλου.

## E L E C T R A.

## Η Λ Ε Κ Τ Ρ Α.

Non est vllum malum (vt dicam verbo)  
 ε 27 Οὐκ 28 ἔστι 27 δὲ μὲν δεινόν, 29 ὡς εἰπέμ' ἐπι,  
 Neque morbus, neque calamitas à-diis-immitta,  
 Οὐδ' ἐπ' ἀδ' ἐπι, οὐδ' ἐπι συμφορὰ 30 θεήλατ,  
 Cuius non ferat onus hominis natura.  
 ο Ης οὐκ, 31 ἀμ 32 ἀρατ' 33 ἀχθ' ἀνδρώπης 34 φύσις.  
 Nam beatus (nec exprobro infortunia)  
 αι Ὁ μὲν μακάριος, 35 κ' οὐκ 36 ονειδίζω τύχας,  
 Ioue natus vt aiunt, Tantalus,  
 37 Διὸς 38 πεφυκώς, ὡς λέγασσι, Τάνταλος,

## S C H O L I A.

24 *Vi ab adiectiuo ὁ καλὸς fit femininum ἡ καλή: sic ab ὁ ἀδελ-  
 φαλογόγῳ. Φῶς, frater, fit ἡ ἀδελφὴ, soror.* 25 *Vi ποίησα, 47. 11. ab ἐλε-  
 ηολογίῳ, μ. ἡσ, conqueror, oratione vtor lugubri & miserabili. Fit  
 ab ἐλεηνολόγῳ, qui miserabili oratione vtitur. & componitur ab  
 ἐλεηνός, miserabilis, & λόγῳ, sermo.* 26 *Vi τ' λόγῳ. de hoc, 5. 28.*  
 27 *ἐκ ἐδέν. non nullum, id est, non vllum vel nullum. Duæ nega-  
 τiones Græcis maioris negant. De ἐκ vide, 121. 11. de ἐδέν verò, 13. 1.*  
 28 *98. 25.* 29 *Sic dicere verbum, id est, vt ita dicam, vel vt bre-  
 uiter dicam. De ἐπ εἶν, vide 91. 10. ἐπι & πᾶτος, vt τὸ τεῖχος.  
 13. 24.* 30 *Componitur à ἦτος & ἐλαύνω, impello. Vide, 81. 7,*  
 31 *Particula potentialis, ἐκ ἀν ἀρατῶ, non ferat, id est, non possit  
 ἀρατῶ. perferre. Interdum tamen ἀν prorsus vacat. 32 Vi τὴν ψαίω, 42. 20.  
 ab αἶρω, fero, tollo, gesto. Futurum αἶρω, 20. 30.* 33 *Dicitur τὸ  
 ἡ φύσις, 100. ἀχθ' ἐπι, & ἐπι, pondus, onus, quasi τὸ ἄχος, dolor, per pleonasmum  
 ονειδίζω. τὸ δ. 34 Verbale, 84. 27. ἀφύω, produco, gigno, creo. 35 καὶ ἐκ,  
 & non, nec. 36 Fit à nomine τὸ ονειδίζω, improprium, opprobrium,  
 ignominia. 37 89. 30, 38 Vi πεφυκώς, 30. 9 ἀφύω.*

Vertici

Vertici imminentem pauescens petram,  
 Κορυφῆς <sup>39</sup> ὑπερτέλλοντα <sup>40</sup> δειμαίνων <sup>41</sup> ἑτέρον,  
 Per-aërem-volat, & pendit hanc pœnam.

<sup>42</sup> Ἀδριποῖται, καὶ τίνει τᾶν τῶν δίκλων.

Vt quidem aiunt, quòd cum Diis, domo cùm-esset,  
 ὧς <sup>43</sup> λέγεται, ὅτι θεοῖς, ἀνδρωπῶ <sup>43</sup> ὄν,  
 Communis mensæ dignitatem habens æqualem,

**α** Κοινῆς τραπεζῆς <sup>44</sup> ἀξίωμ' ἔχωρ' ἴσων,  
 Incontinentem habuit linguam, turpissimum morbum.  
<sup>45</sup> Ἀκόλαστος <sup>46</sup> ἔσχε γλῶσσαν, <sup>47</sup> ἀσχίσι <sup>48</sup> νόσον.

Hic producit Pelopen: ex hoc Atreus natus est.

**ε** Οὐτ' <sup>49</sup> φυτεύει Πέλοπα <sup>50</sup> ἄτρειος <sup>50</sup> ἔφυ.  
 Cui sceptrum texens, fatale fecit Dea.

**α** Ω <sup>51</sup> σέμμαϊα <sup>52</sup> ξήνασ', <sup>53</sup> ἐπέκλωσεν θεὰ

S C H O L I A.

<sup>39</sup> *Vt τὸ τυπλοντα*, 30. 7. ab ὑπερτέλλω, exorior, supereminere. com-  
 ponitur ab ὑπερ, super, & τέλλω, orior. <sup>40</sup> *Vt τυπλον*, 30. 7. à  
 δειμαίνω, timeo, formido: quod fit à δέω, &, timor. <sup>41</sup> ὁ πτε- δειμῆνα,  
 τρε, & Atticè idem quod ἡ πτεῖρα communiter, petra, saxum μ.ανῶ.  
 lapis. <sup>42</sup> *Vt βοῶται*, 50. 15. ab ἀεριοποτέομαι, in aëre volo. com- ἀεριοποτέομαι.  
 ponitur ex ἀήρ, αἶρ, aër, & ποτέομαι, volo, volus. Aldus le-  
 git citra compositionem, ἀεριοποτέται. <sup>43</sup> ὄν, existens, 22. 14.  
<sup>44</sup> *Verbale*. 84. 25. ab ἀξίωμ, μ. ὠζω, dignum puto: quod fit ab τὸ ἀξίωμα,  
 ὁ ἀξίω, dignus. <sup>45</sup> Ἀκόλαστος, μ. ἀκάζω, id est, punio, ducitur ver- ατος.  
 bale, κολάζω, 84. 30. cum a privativo, ἀκόλαστος, incastigatus, ὁ ἡ ἀκόλαστος,  
 imprunitus, id est, intemperans, incontinens, libidinosus, flagitiosus. κ. ἔχον, ε. ε.  
<sup>46</sup> 110. 7. <sup>47</sup> *Vt τὸ τιμῶν*. Adiectivum vt κελός, 81. 5. superla- αἰσχρος, η. εν.  
 tini gradus, 83. 30. <sup>48</sup> Ionicè, νῆστος. <sup>49</sup> Subauditur prepositio ἐκ ἐφω, υ. υ.  
<sup>50</sup> 117. 8. <sup>51</sup> *Verbale*, 84. 24. à σέμμα, coronam. ac proprie τὸ σέμμα, α. ι. ο.  
 significat coronam: sed sumitur etiam pro sceptro, vel corona regia,  
 aut diademate: quæ regis sunt insignia. <sup>52</sup> *Vt τυπλοντα*, 30. 13. à ξήνασα.  
 ξάινω, neo, texo μ, ξανῶ, 20. 30. Aoristus primus, ἔξηνα. Atticè, ξάινω.  
 vt ἐμίγη, 26. 6. Quidam subscribunt ι, alij minimè. <sup>53</sup> *Vt ἐτυπτε*,  
 25. 18. ab ἐπέκλωσθω, voluo fufum: & refertur ad fatum siue Parcas: ἑπικλώσθω.  
 quarum una Clotho nominatur, quasi per fila Parcarum instituo, fa-  
 tale facio, fataliter instituo. In Aldino exemplari hæc sententia sic  
 legitur, ἐπέκλωσεν θεὰ ἔραν Ουείση, &c. vt sit hic sensus, ἐπέκλωσεν  
 θεὰ, fatale fecit Dea, scilicet Cloto, θεὰ ἔραν πόλεμον Ουείση, &c.  
 inferre litem, bellum appositorie, id est, bellum litigiosum.

Contentio, Thyesti bellum existenti fratri

ἔεις, Θυέστη πόλεμον ὄντι συγγένω

Facere. Quid infanda repetere me oportet?

a. α 54 Θεοῦ. 55 τί 56 τ' ἀρρήτ' 57 ἀναμετρήσασθά με 58 δαί,

Coniunio excepit igitur ipsum liberos interficiens, Atreus.

e. α 59 Ἐδαισε ἢ δ' ἔργυρτέκν' 60 ἀποκλείνας Ἄτρεῦς.

Ex Atreo verò (quæ fuerunt enim in medio taceo intortunia)

Ἄτρεῦς δέ, 61 τὰς ᾗ ἦ μέσῳ σιγῶ τυχας,

Illustris (si modò illustris) Agamemnon natus est,

Ὀκλεινός, ἢ δὴ κλεινός, Ἀγαμέμνων 50 ἔφω,

Menelaúque ex Cretensi matre Aëropa.

Μενέλεως τε Κρήσῃς ὁ ματρός Ἀδρόπης ὁ ἄπσ.

Duxit uxorem verò sanè Diis inuisam

e 62 Γαμέη δ' ὁ μὲν δὴ τῷ θεοῖς 63 γυστρέμηνω

Menelaus Helenam. Porro Clytemnestra coniugium

Μενέλεως ἔλένω. ὁ δὲ Κλυτέμνηστρας λέχ.

Insigne apud Græcos Agamemnon rex.

Ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας Ἀγαμέμνων ἀνάξ.

Cui virgines quidem tres nate sumus ex una,

Ὡ παρθένοι ἢ τρεῖς 50 ἔφωμεν ἐκ 64 μιᾶς.

Chtysothemis Iphigeniáque, Electráque ego,

e. ε Χρυσόθεμις, Ἰφιγένεια τ' Ἠλέκτρα τ' ἐγὼ,

Μᾶτ' ἢ Orestes, matre sceleratissima:

e Ἄρσλω τ' Ὀρέσῃς, ματρός ὁ 65 ἀνοσιωπίας

### S C H O L I A.

54 64. 7. 55 13. 22. 56 ἢ ῥητὸς & a privativa particula. 57 Ἦτ  
 πύμαθ, 43. 20. ab ἀναμετρίω μ. ἴω, repeto, recogito, supputo,  
 timetior. 58 107. 28. 59 Ἦτ ἐτυψι, 25. 18. ἢ δαίω, coniuio, con-  
 iunio & mensa excipio. 60 Ἦτ τὸνας, 30. 12. ab ἀποκλείω. Igitur  
 τέκνα ἀποκλείνας, liberos interficiens, vel liberos interfecit, post-  
 quam Thyestis fratris liberos interfecisset. 61 Vide 125. 12. 62 Sic  
 sensum collige: δη, porro, ὁ μὲν Μενέλεως, Menelaus quidem, γαμέη  
 τῷ Ἐλένω συστρέμηνω θεοῖς. ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἀνάξ, at Agamem-  
 non rex supple γαμέη, τὸ λέχος, &c. γαμέη ἢ ποιεῖ, 46. 4. ἢ γαμέω,  
 de quo 107. 1. 63 Ἦτ ποικρῶνω, 49. 5. ἢ συνομαι, odio sum, παρσινέ:  
 inuisus sum. 64 12. 31. & 82. 1. 65 Pro ἀνοσιωπίας, ο. Est super-  
 latus gradus, ἢ σφάπτω, 85. 11. ἢ ποσικω ἀνοσιωπίας.

Quæ



- Quæ maritum exitum-non habente induens veste  
 α Η<sup>66</sup> πόσιμ<sup>67</sup> ἀπείρω<sup>68</sup> πόριθαλῶσ' <sup>69</sup> ὑφάσμαϊ  
 Occidit. Quorum verò gratiâ; virginem dicere  
 ε 270 Ἐκτανεμ. ὦρ δ' ὀ ἐνατι, παρθένου λέγειν  
 Non est honestū. Relinquo hoc obscurū in cōmuni cōsiderandū.  
 ο Οὐ καλὸν. 71 ἔω τῶτ' 72 ἄσαφές ἐρ κοινῶ 73 σκοπᾶν.  
 Apollinis autem iniustitiam quidem quid opus est accusare?  
 ε Φαίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δέϊ καταγορεύει;  
 Persuadet verò Orestī, matrem, quæ ipsum genuerat,  
 ε.α Πείθει δ' ὀρέστω, 74 μῆτέρ', ἢ 75 σφ' 76 ἐγένεατο,  
 Interficere, apud non omnes gloriam ferens.  
 ι Κτάναι, πρὸς ἔχ' ἀπαύλας 77 εὐκλειαν φέρωμ.  
 Attamen occidit, non inobediens deo  
 ε.ε Ὀμως δ' 78 ἀπέκταν', ἔκ 79 ἀπειδήσας δεῖω.

S C H O L I A.

<sup>66</sup> ἢ πόσις est potus, potio. Verùm ὁ πόσις est maritus, vir, spon- ὁ πόσις. σοσ.  
 sus: sic dictus, quod veluti potione terra mista generantur plan-  
 ta, ita vir mulieri mistus causa est procreationis liberorum. <sup>67</sup> τὸ  
 πείρας vel πείρας, finis: ἀπειρῶ, sine ἔ exitu carens. Ἄσπερος. ἄσπερος.  
 admodum Chytemnestra Agamemnoni Troia reuerso ac diis sacri-  
 ficatiuro porrexit vestem quandam oblongam ἔ ἀπειρον, cui vide-  
 licet nulla erat à superiori parte apertio, qua caput aut brachia  
 exereret, vi illum ea obuolutum, adiuuante Aegistho ( cum quo  
 illa, absente viro, adulterij consuetudinem habuerat, ἔ qui tum  
 abditus eras in insidiis ) miserè trucidaret. <sup>68</sup> Ἦ τὸ πῦρ ( α, 30. 15. à περικαλῶσα.  
 πειράσθαι. 69. Verbale, 84. 25. ab ὑφαίνω, ιεχθ. Vide, 96. 12.  
<sup>70</sup> Ἦ τὸ πῦρ, ἀκτείνω, 60. <sup>71</sup> Ἦ βοῶ, 50. 2. ab ἰάω. <sup>72</sup> ὁ ἔ ἢ ἄσαφής, ὁ ἔ ἢ σαφής,  
 manifestus: cum α privatiuo, ὁ καὶ ἢ ἄσαφής, καὶ τὸ ἄσαφής, ἰσ, ὁ ἔ ἢ σαφής,  
 obscurus, a, um. <sup>73</sup> Ἦ ποιῶν. 47. 7. ἀσχεπίω. <sup>74</sup> 86. 3. <sup>75</sup> Euripi- σφί.  
perdidiceris. Tum deniq; ad accētus rationem veniendum erit, & in eo diebus aliquot consumēda meditatio, reliquis omnibus omīssis: scilicet vt ex animo & seriò quod agendum est, agas. Quandoquidem re ipsā comperi, plerōq; in his literis quū plurimum temporis contriuisent: tamen vix tandem ad eam frugem peruenisse, vt iustam Grammatices cognitionem nacti essent, non aliam ob causam, nisi quòd statim omnia simul nosse voluerint, & nulli tamen rei totos sese dedere. Atq; illud vel maximè linguis prouehendis impedimento consuevit esse, dum viri alioqui boni, sed è quorūdam moribus hæc studia æstimāt, putantq; linguis singulis seculum esse tribuendum: quum tamen, si quis recta ratione rem instituat, non modò Græcā & Hebræam, sed & Chaldæam & Arabicam ita nosse possit, vt reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiant sed maximè profint. Proinde vt ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari velim discipulum, vt primus labor impendatur Declinationibus & Coniugationibus, etiam neglectis accentibus, nisi si quid obiter scripte industria notarit: deinde se in Autore quopiam exerceat, & singulas minurias excutiat, quemadmodum in Epistola præsentifacere cœpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito, iam istā partē satis assequutus erit; mox alteram curam suscipiat, de accentibus aut de Syntaxi, dissimulatis interim illis quæ huc non pertinent. Itaq; suaserim libellum aliquē huic exercitationi designatum, nō semel tantum euoluere: verum toties à capite ad calcem vsque perlustrare,

strare, quoties nouam prouinciam capeffas. Ita enim futurum est, vt & vetera, quæ iam didiceris, relectione confirmentur, & animus præfenti negotio detentus, minus diftrahatur alienis.

τῶ ἐπιφολῶ) τῶ, Accufatiuus fœmininus articuli præpofitiui, ἢ τῶ, τῆ, τῷ. Adhibent autem articulum fermè fingulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus caufa, de quo pagina 79, verfu 14.

ἐπιφολῶ) Accufatiuus fingularis, ἢ ἐπιφολῆ, fecundæ declinationis, vt ἢ τιμῆ: τῶ ἐπιφολῶ, vt τῆ τιμῶ. Articulus additus facilè commonftrat Nominum Genus, Numerum, & Cafum. Quòd fi defuerit, adhibito Lexico planum fiet: nam cæteri cafus cum Nominatiuo principalem fyllabam habent eandem. At in Verborum temporibus alia eft ratio propter augmentum. Quum vero dicatur ἐπιφολῆ, & ἐπιφολῶ accentu accuto, hic grauis pofitus eft, τῶ ἐπιφολῶ. Dictiones enim acutæ, nifi ponantur in fine periodi, & fententiam claudant, mutant acutum in grauem ob confequentem dictionem, pagina 118, verfu 17.

ὡςπερ) vt, quemadmodû: fimilitudinis Aduerbum. idem fignificat ὡς. Eft enim in plerifque περ, adiectio fyllabica, vt etiam in articulis fubiunctiuis, ὅσπερ, ἢ περ, ὅπερ, pag. 79, verf. 9. Nemo verò fibi moleftiam afcifcat, in memorandis Aduerbiorum variis fignificandi modis, aut Coniûctionum poteftatibus, vt norit quas Expletiuas dicere debeat, quas Rationales aut Causales. Illud pro Partibus orationis, quas vocant indeclinabiles, fatis fuerit,  
vt quan

ut quando occurrent in autoribus, significatio-  
nem & usum obseruet.

Οί.) qui, articulus subiunctiuus, functus officio  
Relatiui, pag. 78, versu 18. quod si scribatur sine ac-  
centu οί, Præpositiuus erit, qui non cōueniret ver-  
bo επιγνώσκουσι: sed Participio, οί επιγνώσκοντες, id  
est, agnoscentes. at οί επιγνώσκουσι, qui agnoscunt.  
Τὸς τ̄ φίλων παίδας) amicorum liberos. Inter ar-  
ticulum dictionis regentis & ipsam dictionem re-  
gentem eleganter collocatur dictio recta cum suo  
articulo, τὸς παίδας τ̄ φίλων, liberos amicorum,  
τὸς τ̄ φίλων παίδας, amicorum liberos. Sic reliquæ  
particulæ, ut Præpositio cum Casu, aut Aduerbiū  
venustè ponuntur in medio, τ̄ μετ' ἡμῶν βίον, τὸς  
ἔτω καθεύδουσας: cuiusmodi sunt apud Latinos, ubi  
inter Adiectiuum & Substantiuum quippiam in-  
terferitur, Tempetatum orationis genus, Sum-  
mam doctoris autoritatem, &c.

Τῶν φίλων) Articulus indicat esse Genitiuū plu-  
ralem, à Nominatiuo tertix Declinat. ὁ φίλος, ami-  
cus, ut ὁ λόγος, τ̄ λόγῳ, τ̄ φίλῳ. Semper verò Geni-  
tiuus pluralis desinit in ων, in omni Declinatione:  
ideòq; inde certum Nominatiuum non licet col-  
ligere, nisi consulto Lexico, aut præceptote.

Τὸς παίδας) proles, liberos. ὁ ἢ ἡ παῖς, τ̄ ἢ τ̄ παι-  
δὸς, quintæ Declinationis. Accusatiuus pluralis τὸς  
παίδας, accentum habens in priori syllaba, quum  
tamen Genitiuus παιδὸς. vltimam acuat, de hoc pa-  
gina 116, versu 31. cur etiam παίδας circumfleatur,  
non autem acuat, dicendo παίδας, notatum pa-  
gina 116, versu 1. in ἔγῳς, ἔγῳτ̄.

Ἐκ τ̄

Ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης ) ἐκ & δὲ, idem significat: sed hoc ante vocalem, δὲ ἀπὸς, ex ipso: illud ante consonantē, ἐκ πατρὸς, ex patre. Præpositionum significationes, regimen & vsum discas optimè legendis autoribus, & doctorum interpretationibus, quales ætate nostra duos insignes vidimus, Erasimum & Budæum. Quòd si cui libebit alieno magis frui labore, non habeo cōsiliū expeditius, quàm vt ipsius Budæi Commentarios, vbi de Præpositionibus accuratissimè scripsit, diligenter perlegat, præsertim si iam in literis grandior sit, & plutulum nactus fuerit iudicij. Alioqui infirmioribus & rudibus commodum erit Lexicon illud, quod nuper Parisiis excusum est opera Gerardi Morrhij: qui sedulo studuit, vt iuuentus in promptu posita haberet, & suo loco, non modò quæ tradidit Budæus, verùm etiam quæcunque ex aliorum monumentis apiculæ in morem collegit.

Ἐπιφαινομένης) φάινω, compositum ἐπιφάινω, ostendo. Passiuum ἐπιφάινομαι, ostendor, appareo, reluceo, & conspicuus sum: nam crebrò Passiua Græcorum reddimus per Neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diuerso nominare contingat idiomate, tamen quæ vocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, Genus, Numerus, Figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: vt nos dicimus in Plurali, Diuitiæ, diuitiarum, illi singulariter, ὁ πλούσιος, τὸ πλούσιον: nos Deponenti voce Furor, illi voce Actiua κλέπτω. Sic non mirandum, quum illi dicant, ἐπιφάινομαι sub voce Passiua non interpretemur

non

non solum ostendor, siue videor: sed etiam appa-  
reo, reluceo, & etiam per circumlocutionem, con-  
spicius sum. Igitur ab ἐπιφάνομαι fit Participium  
ὁ ἐπιφανόμενος, qui ostenditur, apparens: aut si per  
Nomen reddere velis, conspicuus. Fœmininum  
ἡ ἐπιφανομένη, secundæ Declinationis, Genitiuus  
ἡ ἐπιφανομένης.

Ἐπιφανομένης αὐτοῖς) apparente in ipsis. Compo-  
sita regunt Casum Præpositionis: ἐπὶ Dativio iun-  
gitur, significans idem quod In: proinde verbum  
compositum Dativium habet, ἐπιφάνομαι αὐτοῖς, re-  
luceo in ipsis: nam absurda fuerit imitatio, Inappa-  
reo ipsis, quod verbum Latinus nõ agnoscit. Quo  
factum est, vt in versione præsentis Epistolæ non  
sic verbũ verbo reddere potuerimus, quin inter-  
dum cogeremur minus esse inepti, dum saltem La-  
tinis vocibus vti studemus: etsi peculiarem linguæ  
phrasim neglexerimus. Ideo vertimus, Apparente  
in ipsis, non autem Inapparente ipsis.

Αὐτοῖς) Dativus pluralis Pronominis αὐτοῖς, de  
quo pagina 77, versu 11.

Ὁμοιότης) ὁμοίη, similis, ἡ ὁμοιότης, similitudo,  
ἡ ὁμοιότης) Adiectiua in ὄς, formant Substantiua  
Fœminini Generis in ὄτης, quorum Genitiuus in  
ὄτη, pag. 13, versu 10.

Ὁμοιότης) πρὸς τὴς τεκόντας) Obseruabis, dictio-  
nes quæ significat conuenire, cõsentire, simile esse:  
aut cõtra, dissidere, dissentire, pugnare, &c. Præpo-  
sitioni πρὸς adiungi. exẽpla notabis, vbi inciderint.

Πρὸς τὴς τεκόντας) Præpositio πρὸς cũ Accusatiuo.

Τὴς τεκόντας) τίς, pario, secũdus Aoristus ἔτεκεν,

a binu

ab inusitato verbo τέκω, ab ἔτεκον Participium ὁ τεκόντων, & τεκόντων. Accusatiuus pluralis τῶς τεκόντας, id est, eos qui genuerunt, aut pepererūt, népe parentes, quod tamen est Nomē, non Participiū. Habent autē Græci in omnibus Verbis, omniū temporum Participia: Latini non item. Quū sit igitur τεκόντας Participiū Aoristi secundi, & significet Præteritū, necesse est nos circumloqui per Verbū & Relatiuū, τῶς τεκόντας, eos qui genuerunt. Nam à verbis actiuis, vt sunt pario, gigno, non fiunt Participia præteriti tēporis. Ideoq; si velimus adhibere periphrasim, & tamen vnā tantūm voce reddere, vel rationem tēporis negligimus, & vtimur Participio presentis, gignentis, parientis, aut eius loco nomē ponimus, parentes, genitores. Idem facito in cæteris: vt si quando Latinum Participium eiusdem Temporis non reperiatur, inuenias nomen quod saltē significatione consentiat, sicut à verbo κτίσω, Futurum κτίσω, Aoristus primus ἐκτίσω, Participium ὁ κτίσας, qui creauit, pro quo verte creatorem.

Ἐπιγινώσκουσι) agnoscunt, tertia pluralis ab ἐπιγινώσκω.

BASILIVS.

Τὸ δὲ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τὴν τὸ πᾶς κατὰ σκοπὸν, πρὸς τὸ ἐμποῦν(αι) ὁρμῶν τινα τῆ ψυχῆς, εἰς τὴ μετ' ἡμῶν βίον, πρὸς αὐτὴν πρὸς τὸ τὸ πᾶς τὴ μάθους, καὶ τὴ διαγωγῆς σὺν τῷ ὄντως τὸ διαβῆμα, καὶ τὸ σὺν ψυχῆς, τὸ πάντα τὰ τῆδε μηδὲν τιθεμένης, πρὸς τὴν ἐν ἐπαγγελίας ἀποκειμένην ἡμῶν μακαριότητα.

Verbum verbo redditum.

Nam haud magnum esse dicere loci structuram ad inge

ingenerādum impetum aliquem animo tuo, ad cum nobis vitam, priusquam de modo aliquid didiceris & conuersatione: tuus est reuera sensus & tui animi, omnia hic nihili facientis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

*Interpretatio Budæi.*

*Nam quod existimare te ais, magnopere non referre habitum structuramque loci, ad ciedum in animo tuo desiderium vite nobiscum agenda, antequam compertum quippiam habeas de modo & ratione vite nostræ: tuus hic est profectio, animique tui sensus, qui huius mundi bona prorsus nihil esse ducas, præut est beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationibus habemus.*

SCHOLIA.

Τὸ ὃ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι, &c.) Sic ordina, τὸ φῆσαι, τὴν ἢ τὸ πρὸ κατὰ σκοπὸν μὴ μέγα εἶναι, id est, dicere loci structuram non magnum esse, hoc est, nō multum habere momenti. Cæterum articulus τὸ, iungitur Infinitiuo φῆσαι, tanquam Nominis. Siquidem Infinitiuus, siue solus, siue cum Casu, Nominis vice fungitur, idque in Neutro genere: & hoc loco tanquam Nominatiuus habetur.

Γάρ) enim, nūquam primum locum sibi in oratione vendicat, id eoque; vertimus per nam: propter eā quod Latini pro articulo τὸ, nihil habent quod ponant, nisi dicant, τὸ ὃ φῆσαι, Ipsum enim dicere: aut, Id enim, nempe dicere, vt capiamus articulum præpositiuū pro Pronomine demonstratiuo: id est τὸ, pro τῆτο. siquidem hoc interdū fit, pag. 78, vers. 29. Alioqui si Articulū suo more capias, quum nihil Latinè respondeat, turpe foret dicere, τὸ ὃ φῆσαι, Enim dicere: quapropter vertimus, Nā dicere.

Μὴ μέγα) nō magnum. μὴ non: alia significata in præsens omitte, & suo loco discenda ducito.

Μέγα)



Μέγα) magnum, adiectiuum neutr. de quo pag. 90, versu 5. Saepe alterius generis Substantiuo additur adiectiuū Neutrū, τὴν ἢ τόπον καὶ ἀσκεινὴν εἶναι μέγα, Loci structurā esse magnum: veluti substantiuè, hoc est, rem magnam, aut magni esse momentum, magnopere referre, vt Budæus vertit.

Εἶναι) esse, Infinit. ab εἶμι, sum, pag. 99, versu 13.

Φῆ(αι) Infinit. Aoristi primi, ab indicat. ἐφη(α), vt τὸ ψαῖ ab ἐτυψα. cur ergo non φῆ(αι), vt τὸ ψαῖ Accentu acuto? Iam monuimus, non aliud esse agendum prima lectione huius Epistolæ, quàm vt Casuum & Temporum & Personarū terminationes rimaremur. & vides terminatione cōsentire φῆ(αι) cum τὸ ψαῖ, vtrunq; in αι. Quod ad accentum attinet, αι in huiusmodi solet haberi pro breui, pag. 119, vers. 9. longa verò ante breuem finalem circumflectitur. Itaq; scribendum non φῆ(αι) sed φῆ(αι), pag. 119, vers. 11. in ἐς ὧς, ἐς ὧ τ. Vnitatum verò thema huius Infinit. φῆ(αι) est φημι, de quo pagina 102, versu 14. Nec tam significat dico, quàm puto, & profiteor. Vtrunq; explicat Budæus, τὸ γὰρ φῆ(αι), nam quod existimare te ais.

Τὴν ἢ τόπον καὶ ἀσκεινὴν) de articulo dictionis regentis & rectæ, vide notata suprâ pagina 12, vers. 8.

ἐν τῶς τῶν φίλων παῖδας.

Τόπος) loci, ὁ τόπος, tertiæ Declinat. ἢ τόπος.

καὶ ἀσκεινὴν) structuram, ἢ καὶ ἀσκεινὴν, secundæ declinationis.

πρὸς τὸ ἐμποῖσαι τῆ ψυχῆ σου) ad ingeneradū animo tuo. Gerundiis & Supinis Græci carent, in quorum locum subeunt Infinitiuus, adiectis Articulis

b

Neutri

Neutri generis, πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, hoc est (vt rudius loquamur) ad ingenerare, id est, ad ingenerandum: aut, causa ingenerandi. Nam prius Supinum, Gerundium in di, vel dum, fermè efficit Infnit. ad-  
miniculo Πραποσίτ. πρὸς.

Ἐμποιῆσαι) Infnit. primi Aor. Αἰτιυι, ab ἐμποιέω, indo, ingenero, innasce facio: quasi, intus facio, vel inesse facio. Capiatur simplex ποιέω, & per Crafim ποιῶ, primæ Coniugationis Circumflexorum. Futu-  
ποιήσω. Aor. primus ἐποίησα, Infnit, ποιῆσαι, vnde compositum ἐμποιῆσαι, ab ἐμποιέω ex præpositione ἐν, migrante ν in μ, propter π sequens. Quomodo verò se habeant Πραποσίτiones ἐν & σὺν, in compositis, vide pag. 115, ver. 22. in verbo συνῥήενναδι.

Quoties inciderit Verbū cōpositū, vt facilior sit Τέρονū formatio, tolle Πραποσίτione, & excutito simplex, vt modò fecimus in Infnitio ἐμποιῆσαι.

Ὀρμὴν τινὰ) desiderium aliquod, & impetum. nam hoc propriè vox significat, veluti quum animus aliquò fertur, & aliquid agere gestit, odio vel amore prouocatus. Nominatiuus est ἡ ὄρμη, secūde Declinationis, Accusatiuus τὴν ὄρμη, vt τὴν τιμὴ.

Τινὰ.) Accusatiuus singularis Fæminini generis, Nominatiuus τις, τινός, τινί, τινὰ, quod habes pag. 13, ver. 21. Quanquam si quis rectè perceperit ordinem, quem sequuti sumus in quinta Nominū Declinatione, faciliè inuenerit omnia, vel nobis tacētibus. Primò scripsimus quæ desinerent in vocalē, nempe α, ι, υ, ω. nam nullum Nomen quintæ Declinationis desinit in aliquam reliquarum vocalium; ε, η, ο: deinde sequuntur finita in consonantem, nec vllum

Nullum definit in aliquam istarum consonantium, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, π, τ, φ, χ, sed in vnam reliquarum, nempe ν, ξ, ρ, σ, ψ: quas quinq; consonantes variæ præcedūt vocales aut diphthongi, hoc ordine, α, η, ω, ι, υ, ο, ου, ιω, ωρ. in litera ξ, non vocalium facimus discrimina, sed varias adscripsimus terminationes Genitiui, κ⊕, γ⊕, χ⊕, pro affinitate trium inter sese mutarum, tenuis κ, mediæ γ, aspiratæ χ. Sequitur αρ, φρ, ηρ, ορ, υρ, ωρ. deinde ας, αις, αυς, ες, φς, ευς, κς, ις, ος, υς, ως. Subduntur quæ in duas desinunt consonantes, λς, νς, ρς: vltimò quæ in duplicē ψ desinunt, vbi similiter vt in ξ, non vocaliū habita est ratio, sed Genitiui π⊕, β⊕, φ⊕, pro tribus altis mutis, tenui π, mediæ β, aspirata φ. Hunc ordinem quisquis obletuabit, statim nouerit, vbi quærendum erit quicquid occurret de nominibus quintæ Declinationis.

Est autem hoc nomē τῆς, ex Encliticis, quæ proprio destituuntur accentu, pag. 121, ver. 5, ὄρμιλῷ τινά, pro ὄρμιλῆ τινά.

Enclitica enim quandoq; non remittunt suum accētum, sed tantum perdūt, vt notatum sup. pag. 9, ver. 16. in voce ἐπέγνωσθ. Sic & Enclitica dissyllaba, quandoq; remittunt, ἀνθρωπίνῃ τινά: quandoq; tantum perdunt, nempe si præcedat περιπατώμενον, id est, dictio cuius vltima circumflectitur, ποιῶ τινά, aut ὀξύτονον, id est, dictio cuius vltima est acuta, καλῶν τινά. sic hoc loco ὄρμιλῷ τινά. in cuiusmodi ablatu est accentus è voce τινά. nec tamē dictio præcedens vllum habet accentum, præter natiuū & proprium. Et in istis nō obstinet Canon ille de accētū

acuto, qui ob consequentiam migrat in grauem, vt notandum sup. pag. 11, ver. 17. in ἐπιτολίω. Nam si Encliticum seruaret accentum, scriberemus ὀρμῶ τινά. Acutus enim ob consequentiam mutatur in grauem. At vbi encliticum accentum perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta, ὀρμῶ τινά, non autem per grauem ὀρμῆ τινά.

Ψυχῆ σου) animo tuo. ἢ ψυχῆ, τῷ ψυχῆς, τῆ ψυχῆ, secundæ Declinationis, vt ἢ τιμῆ, τῷ τιμῆς, τῆ τιμῆ.

Συ) Genitiuus à σὺ Pronomine, de hoc sup. pagina 9, versu 9. in σου τῆ ἐπιτολίῃ, & in ἐπέγνω σου, ibidem versu 16.

Eis τῷ μεθ' ἡμῶν βίῳ) Præpositio eis, cum Accusatiuo, εἰς βίον, ad vitam. Budæus ὀρμῆ εἰς τῷ βίῳ, hoc est ( verbum è verbo ) Impetum ad vitam, vertit Desiderium vitæ. Non enim Interpretis officium est, anxia quadam religione numerare voculas, & syllabis assidere: sed Latinis auribus satisfacere, & Græcicas figuras quammaximè fugere: ad quod nihil æquè conducit atque ratio copiæ: in qua quisquis erit bene versatus, is faciliè præstabit relictum Interpretem.

Τῷ μεθ' ἡμῶν βίῳ) Infirmioribus obsecuti, reddidimus ineptissimè, vt cernerent quid cui responderet, hoc pacto, εἰς τῷ μεθ' ἡμῶν βίῳ, Ad cùm nobis vitam. Articulum enim τῷ, qui variis modis explicari potest, tāquam negleximus, & Scholiis ipsum declarandum reliquimus. Itaque articulus qui afficit Præpositionem cum Casu, reddetur commo-  
do aliquo Adiectiuo, τῷ μεθ' ἡμῶν βίῳ, Agendam nobiscum vitam, pag. 125, ver. 12.

Μεθ'

Μεθ' ἡμῶν) Apostrophos est, pro μετὰ ἡμῶν, pag. 5, ver. 17. Græci autē hīc à Latinis dissentiunt, naturali Præpositiōis ordine seruato, dicētes, μεθ' ἡμῶν, Cū nobis: pro quo Latini nobiscū. Cæterum μετὰ, cum, Genitiuum habet: at μετὰ, post, Accusatiuum. ἡμῶν) Genitiuus pluralis à pronomine ἐγώ, pag. 76, versu 12.

Βίον) δ βίος, vita, tertiæ Declinationis.

Περί ἄν μάθῃς) priusquam didiceris. περί, antequam, priusquam.

Ἄν μάθῃς) Hæc cōiunctio ἄν, nūc est potētialis, ἔκ ἄν φαίης. Nequaquam dicas, haud possis dicere: nunc planè vacat. Vide Budæū in Cōmentariis linguæ Græcæ, vbi vsus explicat, & quibus modis iūgatur. Tu interim, quoties obuia fuerit hæc particula, securus negligē tanquam otiosam, donec in istis literis plus roboris collegeris. Multa dissimulanda sunt, vt loco & tēpore discātur cōmodiore.

Περί τ' ἴδῃς) De modo: Præpositio περί cum Genitiuo.

Τρόπος) Nominatiuus δ ἴδῃς, vt δ λόγος, Masculinum est, quod inspecto discēs Lexico. siquidem Genitiuus τ' ἴδῃς conuenit vtriq; generi, siue dicatur δ ἴδῃς, siue in neutro τὸ ἴδῃς, vt τὸ ξύλον. Vtriusque enim Genitiuus esset τ' ἴδῃς.

A Verbis quorum penultima est ε, deducuntur Nomina conuerso ε in ο, λέγω, dico: λόγος, sermo: ἴδῃς, verto: ἴδῃς, mos, modus. Item aliud ἴδῃς, mutatio, vt ab ἐπιστέλλω, id est, mando, mitto epistolam, fit Nomen Fæmininum ἐπιστολή, id est, epistola: nam Latinitate donatum est.

Τί) Aliquid: Neutrum à Cómuni τὸς, τῶς, hoc est, aliquis, quispiam, vel quidam: quæ tria Græci vnica voce dicunt.

Τί μάθῃς) aliquid didiceris, noris. Budæus ad iutus præsidio copiæ, versionem fecit speciosiore, dum pro didiceris, vertit compertum habeas.

Μάθῃς) μαθαίνω, disco, secund. Aor. capit à μαθέω inusitato. vnde Futurū μαθήσω, Aor. pri. ἐμάθη(α: secundus ἐμαθον, abiiciendo ex Aorist. primo penultimam vocalem cum consonante sequente, nêpe ης, de hoc pag. 57, ver. 12. Ab ἐμαθον Opta. est μάθοιμι, μάθοις, vt ab ἐτυπον fit τύποιμι, τύποις.

καί) &, Coniunctio copulatiua. Quomodo discendæ partes orationis indeclinabiles, scriptum supra pag. 11, ver. 23, in ὡσπερ.

Τὴς διαγωγῆς) διάγω, dego, vitã traduco, à δια & ἄγω, reiecta vltima Præpositionis vocali, propter vocalé sequentem, pag. 23, ver. 16. Ab ἄγω & compositis Verbalia fiūt adiectione syllabæ γη, ἄγω ἀγωγῆ, συνάγω συναγωγῆ, εἰσάγω εἰσαγωγῆ. sic à διάγω fit διαγωγῆ, id est, institutum vitæ, & viuendi ratio.

Σὸν ἢ ὄντως) σός, σή, σόν, tuus, tua, tuum, Pronomé possessiuũ, pag. 76, ver. 19. Scribitur hîc σόν, graui accentu propter sequentem dictionem, sup. pag. 11, ver. 10, in ἐπιτολίω. quod si poneretur in fine iustæ sententiæ, iam acueretur, διατόνμα τὸ σόν.

Ἢν ὄντως) est reuera, ἢ Imperfectum ab εἶμι, pag. 98, ver. 18, sed crebrò ponitur pro præsentī ἔστι. sic εἶδεν pro δεῖ, ἔχρω pro χρῆ.

Ὄντως) profectò, reuera: Aduerbiu à Genitio plurali Participij Verbi Substantiui, ὄν, ὄντος, ἔόντων,

των, v in σ, ὄντως, pagina 80, versu 5.

Διαβόημα) sensus : à Διαβόω, simplex νοέω, Futur. νοήσω, Præteritū Act. νενόηκα, Passiui νενόημαι : vnde verbale τὸ νόημα, pag. 84, ver. 25, ablato incremento, & verso μαι in μα, cōpositum Διαβόημα. Vt verò facilius sit thematis inquisitio & utilior, memores esse conuenit, vnde Tēpora formentur : & sensim tanquam per gradus sursum ascendamus ad originem, donec inuētum sit præsens Indicatiui modi. Est enim thema hoc pacto quaerendum : Διαβόημα, reice Præpositionē, erit νόημα Verbale in μα, quod sit semper à Præteriti Pass. prima persona, sublato augmento. Erit igitur νόημαι à νενόημαι. Porro Præteritum Pass. formatur ab Actiuo, vertendo φα in μμαι, χα in γμαι, vel κα in μαι. Fuerit ergo νενόημαι ab Actiuo νενόηκα. vbi autem κα in Præt. definit Fut. in σω, nisi sit quintæ Cōiugationis. proinde Futurum erit νοήσω nā in quinta Cōiugatione dicere voliwō, contra canonem est, qui præscribit penultimā Futuri quintæ Cōiugationis esse breuiandā : & alioqui si Futurū esset voliwō, Præsens esset voliwō, quòd nusquā apparebit in Lexico. relinquitur igitur Futur. νοήσω, id quod proficiscitur à Præsenti tertix Cōiugationis, νοήσω, νοήδω, νοήτω : aut quartæ νοήζω, νοήαω, siue νοήτῶ : aut sextæ νοήω : aut primæ Circunflexorū νοέω, νοῶ : aut secundæ νοάω, νοῶ : liquidē omniū istorum Futurum esset in σω. verum nullū eorum ostendet Lexicon præter νοέω. Hæc thematis rimandi viam diligenter obserua: parat enim miram facilitatem, vt statim occurrat origo, vnde Tempora manare queant. de hoc vide pag. 117, ver. 25.

καὶ αὐτοῦ τοῦ ψυχῆς) & tui animi. Hic utitur possessivo Pronomine, σός, σή, σόν, tuus, tua, tuū. Fæmininum ἡ σή, Genitiuus τῆς ψυχῆς. poterat vti primitiuo Genitiuo, σὺ αὐτοῦ τοῦ ψυχῆς, hoc est, vt vetusto more loquamur, Tis animi: pro tui animi: siquidem Græci Genitiuos primitiuæ speciei, μέ, σέ, ἔ, ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, etiam actiuè & passiuè capiunt. apud nos autè, Mei, tui, sui, nostri, vestri, tantùm Passiuè. Actiuè autem & Passiuè vsurpant veteres Mis, tis, sis, nostrûm, & vestrûm. tria Mis, tis, sis, exoleuerunt: Nostrûm & vestrûm tantùm partitiuè capiuntur, Vterque nostrûm, quilibet vestrûm.

Ψυχῆς) ἢ ψυχῆ, τῆς ψυχῆς, secundæ declinationis.

Τῆς πάντα τὰ τῆδε mundi τιδεμένης) ordina sic, τῆς mundi τιδεμένης, nihili facientis omnia hîc, subaudi posita. Interpres nō malè hunc locū extulit per secundā personā, hoc modo, Qui huius mundi bona profus nihili esse ducas. tamē Genitiuus τῆς τιδεμένης, referendus est ad Substantiuū quod præcedit, nempe τῆς ψυχῆς. Tuus inquit, hic est profectò, animiq; tui sensus, ψυχῆς, in quā, hoc est, animi, vel animæ, τῆς mundi τιδεμένης, hoc est, nihil esse ducētis. aut, quæ nihili esse ducat. Participium enim variè redditur, nunc aduersum quiddam indicans, nunc causam explicans, vt hoc loco, τῆς mundi τιδεμένης nihil ducentis, quæ nihil esse ducat. Proinde quæ per Participia Græcis efferuntur, nos Latinitate donabimus per eiusmodi Coniunctionem quæ commodissimè facit ad sensum.

Πάντα) omnia, ὁ πάντων, ἢ πάντων, τῶν πάντων, τὸ πάντων, ἢ πάντων, Accusatiuus pluralis Neutri generis, τὰ



ris, τὰ πάντα, accentu in priore, licet Genit. sit πάν-  
τος, non πάντ⊙, vide pag. 119, ver. 31.

Τὰ τῆδε) Articulus Aduerbio iunctus, mutat  
ipsum in Adiectiuum, χθὲς heri, ὄχθὲς hesternus,  
ἢ χθὲς hesternus, & ita per omnes numeros & Ge-  
nera, pag. 125, ver. 12. aut in isto articulo Participiū  
intelligitur Verbi substantiuū ὦρ, ἔσα, ὄρ: aut aliud  
quippiam, quod loco & sententiæ cōgruit, seruata  
Generis, Numeri, & Casus ratioe. οἰκῆ illic, ὁ οἰκῆ qui  
illic est, habitat, ambulat, &c. οἰκοί domi, aduerbia-  
liter: τὸς οἰκοί, intellige ὄντας, existentes, hoc est, do-  
mesticos. sic τὰ τῆδε, intellige ὄντας, aut aliud quod  
quadrat. id est, quæ hīc fiunt, vel geruntur: quæ in  
hoc modo sita sunt, &c. Est autem τῆδε, Aduerbiū  
sub forma Datiui Fœminini, cuiusmodi plurima  
sunt profecta ex secunda Declinatione, habentq;  
& vel ἢ diphthongū impropriam: δημοσίᾳ, publicè:  
ιδίᾳ, priuatim: βίᾳ, violenter: παρρησίᾳ, confiden-  
ter, liberè: sic ἄλλῃ, πάντῃ, πῆ, ὅπῃ, κρυφῆ, πωροῦ, ἐκῆ.  
ἡσυχῆ, κομιδῆ, πολλαχῆ, πανταχῆ, διπλῆ, τεπλῆ, τε-  
τραπλῆ, πονταπλῆ, τάυτῃ, ad eundem modum τῆδε,  
quod fit ab Articulo præpositiuo, ὅ, ἢ, τὸ, qui aduen-  
tu particulæ δε, capitur pro Demonstratiuo, pag.  
78, ver. 28. ὅδε, pro ἔτ⊙, hic: ἡδε, hæc, vnde Datiuus  
τῆδε, huic, & Aduerbialiter hīc.

Μηδερ) nihil. ὁ μηδὲς, ἢ μηδεμία, τὸ μηδερ, pagina  
13, versu 1.

Τιδεμένης) τιθημι, pag. 60, ver. 22. Pass. τιδεμα.  
Participium ὁ τιδέμενος, ἢ τιθεμένη, Genitiuus τῆ τι-  
δεμένης, id est, ponentis, facientis, ducentis. Apud  
Atticos enim Passiua capiuntur actiuè, & alioqui

Deponentalia & Media verba idem habent Præfens & Imperfectum cum Passivis. Porro *τίθειαι* hoc loco significat idem quod *λογίζεαι*, id est, ducere atq; existimare. *μηδ' ἐν τίθειαι*, nihili facere, *μικρὰ τίθειαι*, parvi habere, *ὕστερον τίθειαι* post habere, *παρ' ἑδ' ἐν τίθειαι* pro nihilo ducere, nihili facere. Verùm ista persequi non est præsentis instituti: tantùm illud studiosos adolescētes admonitos velim, si linguæ Græcæ proprietatem, & elegantem vocabulorū vsum tenere desiderent, vt Commentarios Budæi summa cura perlegāt. Repetiet enim incredibilem quendā thesaurum, vnde ad copiosè scribendum reddentur instructissimi.

*πρὸς τῆν μακαριότητα*) ad beatitudinē. Nihili ducētis, inquit, ad beatitudinem, hoc est, præut est beatitudo. capitur *πρὸς*, vt apud Comicum Præpositio Ad, Nihil ad nostrā hanc, id est, præut nostra hæc est formosa, ἑδ' ἐν *πρὸς τὴν ἡμετέραν ταύτην*.

*Ἐπαγγελίαις*) in pollicitationibus. Adiectiuum, Diuinis, Interpret explicandi causa posuit.

*Ἐπαγγελίαις*) A Nominibus in *ος*, tam Substantiuis quàm Adiectiuis, deducuntur Substantiua in *ια*: *κακός*, malus: *κακία*, malitia. *ἄγγελος*, nuntius: *ἀγγελία*, res quæ nuntiatur, ab *ἀγγέλω*, nuntio: cuius cōpositū *ἐπαγγέλω*, ex Præpositione *ἐπι*, & in voce Deponentali *ἐπαγγέλλομαι*, promitto. Hinc *ἐπάγγελος*, vnde *ἐπαγγελία* secundæ Declinationis. Datiuus pluralis *ταῖς ἐπαγγελίαις*.

*Ἀποκειμένῳ*) Verbum *κείμαι*, pag. 101, versu 27. compositum *ἀπόκειμαι*, re sideo, repositus, vel depositus sum, Partic. *ἀποκείμενον*, repositus, Fœmininū

ἢ ἀποκειμένη secundæ Declinat. Accusat. τὴν ἀποκειμένην. Nec miretur quis, quòd verbum præsentis Temp. ἀπόκειμαι vertitur repositus sum: & itè Participium ἀποκειμένος præsentis Temporis per Præteritum, repositum. vide sup. pag. 13, ver. 19. in voce ἐπιφανομένους. Neq; prætereà hîc laborandum est, vt quia verbum κῆμαι nobis occurrit, totam illius ediscas Coniugationem. sed vbi excusso Accusatiuo ἀποκειμένην, ad ipsum thema perueneris, nempe κῆμαι, hîc sistendum erit, nec vltra præsens tempus progrediendum. Id quod in omnibus obseruabis, ne longius curam extendas, quàm præsens locus postulauerit. Si quis occurret Obliquus, non quiescendum, nisi reperto Nominatiuo. si ipse incidit Nominatiuus, aut thema Verbi, non scrutabimur anxie quæ inde Tempora deducantur. Cæterùm quia ad consummatum Grammaticum pertinet, etiam illa tenere, quæ posteriore parte nostrarum Institutionũ carptim scripsimus, quæ incipiuntur pag. 81, versu 1. consultum videtur, non quidem ea solùm ediscere, vt sparsim in excutendo libello quoriam obuia erunt, sed huic quoque rei postea tempus suum tribuere, & à capite ad calcem vsq; perlegere serio studio, haud aliter atque feceris in præceptione primorum rudimentorũ.

Ἡμῖν) nobis, Datiuus pluralis ab ἐγώ.

Μακαρότη(α) ὁ μακάριος, inde ἡ μακαρότης, τῆ μακαρότη(α), vide in voce ὁμοιότη(α), Sup. pagina 14, ver. 22. Accusat. τὴν μακαρότη(α).

Ἐγὼ ἢ ἂ μὲν ποιῶ αὐτὸς ἐπὶ τῆ ἰσχυτιᾶς ταύτης, νυκτὸς καὶ ἑμέρας, γράφειν ἀσχινοῦμαι κατέλιπον μὲν  
 ὃ τὰς

γὰ τὰς ὀν ἄγει διαφύβας, ὡς μνείων κακῶν ἀφορμὰς ἐμαυ-  
τὸν ἢ ἔπι ἀπολιπεῖν ἠδυσκῆλυ.

**CLEN.** Ego verò quæ quidè facio ipse in solitudine hac, nocte & die, scribere erubescō: dereliqui quidem enim in vrbe occupationes tanquam sexcentorum malorum causas, me ipsum autem nondum derelinquere potui.

**BVD.** Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium recessu interdum noctiq; agito. Tameis enim vrbicas occupationes pro derelicto habui, vt sexcentorum malorum causas: me tamen nõdum ipsum etiam habere pro derelicto quivi.

Ἐγὼ ἢ) Coniunctio ἢ, variè redditur, autem, verò, cæterum, porrò, sed, tamen, imò, rursus, cõtrà, quin potius, vt sententia postulat.

Ἄ μὲν ποιεῶ) ἄ Articulus subiunctiuus, Neutri pluralis. pag. 78, ver. 21. μὲν est Coniunctio. ποιεῶ à ποιεῖω, Circumflexum primæ Coniugationis.

Αὐτὸς) ipse, Pronomen aptum tribus Personis, pag. 77, ver. 11.

Ἐπὶ τῷ ἐσχατῆς) in solitudine, ἐπὶ cum Genit.

Ἐσχατῆς) ἢ ἐσχατῆς secundæ Declinationis, Genitiuus τῷ ἐσχατῆς per vocalem α, quod desinat in α purum. Cur autem scribatur Genit. ἐσχατῆς per ἄ circumflexum, notatum pag. 119, ver. 13. Interpretes ἐσχατῆς vertit, Extremorum finium recessu. significantur enim hac voce prædia ab vrbibus semota, recessus, & solitudo ab hominum strepitu remota, ab ἐσχατῷ, extremus.

Τάυτης) Demonstr. ἔστῃ, hic αὐτη, hæc, Genitiuus τάυτης, pag. 76, ver. 28.

Νυκτὸς ἢ ἡμέρας) nocte & die, tempus collocatur in Genitiuo, pag. 123, ver. 8.

Νυκτὸς)

Νυκτός) ἢ νύξ, nox, τῆς νυκτός, noctis, pag. 11, ver. 26.

Quamquā in huiusmodi fat fuerit indicasse Nominatiuū, quo cōspecto, facillè cognouerit lector quo modo Genitiuū & reliquos casus quærere debeat, nō ignorās, quē ordinē in recensendis terminationibus obseruauerimus, de quo supra pa. 18. ver. 25.

Ἡμέρας) ἢ ἡμέρα, secundæ Declinatio. Genitiuus ἡμέρας, quia exit in ρα.

Γράφειν) Infinitiuus præsentis Tēporis, vt τὸ γράφειν, ab Indicatiuo γράφω: quod cū sit thema, sistendū est, nec extra propositum inquirenda sunt reliqua Tempora, sup. pag. 13. versu 19:

Αἰσχύνομαι) αἰσχύνομαι, dedecoro, pudefacio, suffundo pudore, αἰσχύνομαι, pudefio, erubesco, suffundor pudore. habes thema, ne longius angaris, vt reliqua rimeris Tempora, sed hīc sistas.

Cæterum quæ verba passiuæ vocis, vt est αἰσχύνομαι, sint reuera verba Passiua, quæ autem Depo-  
nentia, & Actiuo carentia, lectione autorū, vt pleraq; alia, discendū est. Interpretes γράφειν αἰσχύνομαι, vertit sic, Scribere ad te non sustineo præ pudore: quod speciosius est, & numerosius, quàm si verbū verbo reddidisset, Scribere erubesco. pro vno verbo αἰσχύνομαι, id est, erubesco, substituit multa per periphrasin, Non sustineo præ pudore. Quemadmodū autē rationes copię plurimū valent ad parandam versionis elegātiā: ita & omnibus locis magno sunt vsui: & iis potissimū medetur incō-  
modis, quæ adfert linguarū illa proprietās & phra-  
sis, Proinde si quis expeditū & elegantē Interpretē præstare studeat, sermonis vbertatē sibi cōparet,  
& tan

& tanquã in numerato, positumq; ante oculos habeat quicquid Erasmus de hoc genere præcepit, vir præter alias dotes innumeras, hac ad miraculũ vsq; suspiciendus, quòd ita Græca in Latinũ vertat, vt nullũ Græcitatũ vestigiũ appareat: idq; ea fide, vt nec sententiæ quid addat nec detrahat. Quumq; nihil minus spectet, quàm vt totidem verbis reddat: tamen incredibili quadã dexteritate plerunq; assequitur, vt citra sensus iacturam, dictionũ tamẽ numero respondere videatur. Hoc credo maximè fretus, quòd scribendi vsu iam meditatũ habet, quomodo in quamvis faciem formanda sit oratio. Quo factum est, vt illius interpretationes, præterquam quòd Græcicas figuras nusquã redoleãt, hoc etiam eximiũ præ multis aliis sibi possint assumere, quòd tanquã fontes Latini esse credãtur, nõ autẽ è Græcis fontibus hauriri. Sic verò Interpretem agere & numeris omnibus Interpretis fidem præstare, neq; tamen aliũ quàm ipsum videri argumenti autorẽ, id demũ absoluti artificis est. Equidẽ pro mea tenuitate nõ possum doctissimos viros in hoc negotio versatos inter sese committere, & de vnoquoq; censurã ferre. Sed tamen omnibus candidatis linguæ Græcæ nõ dubito cõsiliũ dare, vt huius viri versiones diligentissimè perlegant, excutiant, & imitati contentur. Alia in aliis eminent, neq; omnia sunt in omnibus illustria: Interpretem fidelẽ, Latinũ, & elegantẽ, facilem, & cõmodũ, in variis periclitatum, nisi nobis exhibuit Erasmus, nemo vnquam est exhibiturus.

Γράφει ἀισχύρομαι) valde vsitatus est Græcis infinitivus,

nitiuus, vbi nos Gerundiis vtimur & Supinis, vt diximus sup. pag. 17, ver. 29, in voce *πρὸς τὸ ἐμποῦσαι*. verum & alioqui quemadmodum apud Latinos, certa quædam verba gaudent Infinitiuus, ita & apud Græcos *βέλομαι λέγειν*, volo dicere, & *τολμᾶ πειρῆν*, non audeo facere, &c. horum est hoc loco *αἰσχύνομαι γράφειν*, erubesco scribere.

*κατέλιπον* λέπω, linquo, secund, Aor. *ἔλιπον*, pag. 26, ver. 25. sic à *καταλείπω*, cōposito, id est, derelinquo, 2. Aor. *κατέλιπον*, non *κατέλιπον*: quia *ἔλιπον* incipitur à vocali, pag. 23, ver. 16, ab imo.

*Μὲν*) Nusquã nō obuiæ sunt hæc duæ Cōiunctiones, *μὲν* quidē, ἢ verò: vtimurq; ipsis diuidendi gratia, vt sententiã à sententia, mēbrũ à membro discernamus: ac priorē locũ vendicat sibi *μὲν*, posteriorē *δέ*. Quãuis autē creberrimũ ἢ, nullo præcedente *μὲν*: rarissimũ tamē est *μὲν*, quin postea subdatur vel ἢ, vel alia quæpiã Cōiunctio, quæ alterã sententiã cōtineat priori respondentē, vt cui sit vel affinis vel diuersa. Itaq; hoc loco prior sententiã est, *κατέλιπον μὲν ὃ τὰς ἐν ἅσδε διαφέρειας*, &c. subiungitur altera, *ἑμαυτὸν ἢ ἔπω ἀπολιπεῖν ἠδωκὼθιμι*. Cæterum Budæus pro *μὲν* & ἢ posuit tamen, tamen, quæ duo minus Græcitatem sapiunt, quàm illa priora:

*Γάρ*) enim, de hac Coniunctione diximus sup. pag. 16, ver. 22. & quæ præterea nobis denuò ac sæpius occurrēt, ea sat erit semel declarasse: vocis verò significatum altera versio faciliè monstrauerit, aut adhibitum Lexicon.

*Τὰς ἐν ἅσδε διαφέρειας*) Articulus *τὰς* afficit Præpositionem cum casu, de quo sup. pag. 20, ver. 24,

in vo

in voce τ' μεδ' ἡμῶν βίον. verti poterat, in vrbe oblatas, aut datas: aut per relatiuum, quæ in vrbe offerebantur, quæ in vrbe mihi dabantur, quibus, quum in vrbe agerem, inuolui & implicari solebam: nam hic sensus est, sed breuitatis studiosus, compendiò dixit, vrbicas occupationes.

Ἄστ) τὸ ἄστν, τ' ἄστειος, sine crasi, pag. 87, versu. 11. Darius verò ἄστει crasim admittit ἄστει, si nō à Nominatiuo ἄστν, certè ab inusitato nomine primæ Declinationis Contractorum, τὸ ἄστος, τ' ἄστειος, τ' ἄστει ἄστει, vt τείχος, quemadmodum non solum dicitur δόρυ, sed & τὸ δόρυ, τ' δόρει δόρυς, τ' δόρει, δόρει, vt τείχει, τείχει.

Διαφίβας) φίβω, secund. Aor. ἔφιβον, compositum διαφίβω, secund. Aor. διέφιβον, vnde verbale ἡ διαφίβη, secundæ Declinationis, Accusatiuus pluralis τὰς διαφίβας. Multa sunt Verbalia, quæ seruat characteristicon secundi Aoristi, διέφιβον, ἡ διαφίβη.

Ὡς) tanquam, vt, veluti: alia significata suo seruentur loco. Caueat verò studiosi, ne vocabulorū significationes inquirat, quo tēpore sunt in Grammaticis occupati præceptionibus, qua in re plurimum sæpenumero peccatur, deinde iactis fundamentis, vbi ad autorum lectionē sese cōtulerint, si nō aderit Interpres, confugiendū ad Lexicon. Sed verbi significatum illud modò tractent, & quantum dabitur, in memoria reponant quod loco præsentis satisfaciatur. Reliqua, si fieri poterit, ne legant quidem. Quòd si Scriptorem probè se videat intelligere, vel viua præceptoris voce freti, vel fida alio qui adiudi interpretatiōe, stultū est à Lexicis petere consilium:



consilium: in quibus ut omnia tradantur planissime, etiam quæ vocis usum prolatis exemplis ostendant: tamen ieiuniora minusque, viuida sunt, neque tam penitus hærent, ut quæ ipse tibi legendis autoribus paraueris.

Μυρίων) τὰ μύρια, multa & innumera, pro quo Latini sexcenta, Numerus finitus pro infinito. Genitiuus pluralis τῶν μυρίων.

Κακῶν) ὁ κακός, ἡ κακή, τὸ κακόν, malus, mala, malum, Genitiuus pluralis neutri generis, τῶν κακῶν, malorum.

Ἀφορμᾶς) ἡ ἀφορμή, Secundæ declinationis, τῆς ἀφορμᾶς, Accusatiuus pluralis.

Ἐμαυτῶν) meipsum, Pronomen compositum, pagina 77, versu 19.

Οὐπω) nondum, πω tanquam adiectio syllabica: sic μέπω. ita apud nos syllaba dum, in nondum, necdum, quiddum, hauddum.

Ἀπολιπέμ) λέιπω, secundus Aor. ἔλιπον, Infinit. λιπέμ: sic à composito ἀπολείπω, secundus Aor. ἀπέλιπον, Infinit. ἀπολιπέμ.

Ἐδωκῶν) δύναιμι, possum, Verbum Depo- nens, secund. Coniug. in μι, à primitiuo δυνάω, Futur. δυνήσω, Præte. Act. δέδωκα, Pass. δέδωμαι, δέδωκασι, δέδωκα, Aorist. pri. ἐδωκῶν, & Articè ἐδωκῶν: mutant enim augmentum syllabi- cum in temporale, pag. 92, ver. 6. Nemo verò miretur nos in rimando themate, aut formando Tem- pore, multa proferre quæ non sint recepta: neque enim quæ recepta sunt, recensemus, sed quomodo vnumquodque formetur.

Ἄλλ' ὁμοίός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσῃ ὑπὸ ἄλ κτλ ἢ πλοῦν  
ἀπειρίας ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιώσιμ.

C L E N. Sed similis sum in mari præ circa navigationem inex-  
perientia pereuntibus & nauseantibus.

B V D. *similiérg; illis affectus sum, qui nauigandi insolentes, nausea  
perditè afflicti sunt.*

Ἄλλ' ὁμοίος) ἄλλ' ὁμοίος, apostrophos, pag. 5, ver. 17.  
Vfus te docebit quæ vocales desint, vbi assidua le-  
ctione didiceris ἀλλὰ non ἀλλό: & ita in reliquis.  
Budæus ἀλλὰ vertit quæ: nam hæc Coniunctio va-  
ria significat, nec tantùm est Aduersatiua.

Ὁμοίός εἰμι) similis sum: rectè vertit similiter af-  
fectus sum. Tέταβις ipse memor copiæ, num aliter  
quoq; reddi quæat. Ita nobiscū agitur, perinde res  
nostræ sese habet: & breuiter quæcunq; voces simi-  
litudinè æqualitatémq; significant, tibi in mentem  
veniāt: & quod optimū duxeris, id ponere licebit.

Εἰμι) accentum hoc loco remittit in præcedentē  
dictionem: est enim Encliticum, pag. 121, ver. 1. Cæ-  
terùm Coniugationē huius Verbi Substantiui εἰμι  
habes pag. 98, ver. 18. sed quia hîc præsens Tem-  
pus occurrit, id est, thema, non est necesse ad reli-  
qua descendere, vt antè monuimus.

Τοῖς, &c. ἀπολλυμένοις) Inter Articulum τοῖς &  
Participium ἀπολλυμένοις, interferuntur aliquot  
particulæ: de quo satis iam scriptum est in præce-  
dentibus, Suprà pag. 12, ver. 8.

Ἐν θαλάσῃ) in mari, Præpositio ἐν cum Datiuo  
θαλάσῃ, cuius est Nomin. ἡ θάλασσα, secūde Decl.

ὑπὸ ἄλ κτλ ἢ πλοῦν ἀπειρίας) sic ordina, ὑπὸ τῆ ἀπαι-  
ρίας, præ inexperientiâ, κτλ ἢ πλοῦν, circa nauigatio-  
nem,

nem, aut in nauigatione. aut sic, ὑπὸ ἀπειρίας, præ inexperiētia, ἀπειρίας, inquā, ἀλ κτλ τ̄ ωλδμ, quæ est circa nauigationē, quæ inter nauigandū contingit, explicādo Articulū ἀλ, vt maximè quadrat. nec est aliud ἀπειρία κτλ τ̄ ωλδμ, inexperiētia circa nauigationem, quā in inexperientia nauigandi. proinde interpretatus est totam hanc particulam duabus vocibus, nauigādi insolentes, capta voce, vt apud Comicum, Quid tu Athenis insolens?

Ἰπὸ) præ, cum Genitiuo, ὑπὸ δέξς, præ metu.

Κατὰ τ̄ ωλδμ) in nauigatione, circa nauigationē, id est, inter nauigandum, Præpositio cum Accusat.

Πλοῦν) ωλέω, nauigo, hinc ὁ ωλόσ, nauigatio, vt à ἔρω, fit ἔρωσ, Suprà pag. 21, in versu 21. in voce ἔρωσ. Contrahitur autē hoc nomen ὁ ωλόος, ωλδς, Accusatiuus ωλόου, ωλδμ, pag. 87, versu 22.

Ἀπειρίας) πείρα experientia, inde ἀπειρος, inexperitus: nam est στερητικὸν μέρος, id est, priuatiua particula, faciens è Substantiuo Adiectiuum, quod rei priuationem significet, μοῖρα, pars, ἀμοιρος, expers: φόβος, metus, ἀφόβος, intrepidus: sic à πείρα fit ἀπειρος, vnde Substantiuum ἡ ἀπειρία, τ̄ ἀπειρίας, secundæ Declinat. Siquidē ab Adiectiuis in os fiunt Substantiua in ια, κακός malus, κακία malitia, vt notatum suprà pag. 26, ver. 21. in ἐπαγγελίαις. Nectamen Analogia treti, conabimur quæuis à quouis deducere: sed spectandus est autorum vsus. magnus, magnitudo, non magnitas: contrā, pius, pietas, non item pietudo: iustus, iustitia, non iustitas nec iustitudo sic apud Græcos φίλος, φιλία, amicus, amicitia: non item καλός, καλία, pulcher, pulchritudo.

Ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιῶσιν) pereuntibus & nau-  
 scantibus, pro quibus Budæus, qui nausea perditè  
 afflictantur. Participium alterum mutauit in ver-  
 bum eiusdem temporis, & Relatiuum: deinde vo-  
 cem vnam duabus reddidit per periphrasim, pro  
 nauſcare, afflictiari nausea: pro altero Participio  
 ἀπολλυμένοις, substituit Aduerbiū perditè; aut con-  
 trà, pro ἀπολλυμένοις perditè afflicτᾶtur, pro ναυτιῶ-  
 σιν Ablatiuū nausea. Faciamus periculū, nam alio  
 pacto quoque vertere liceat, Qui nausea pereunt,  
 quos miserè cruciat nausea, qui perditè nausea tor-  
 quentur, quos perditè grauat nausea, quos ad inte-  
 ritum vsque nausea premit, qui perditè vexantur  
 nausea, quos infestat & perdit nausea, quibus nau-  
 sea molestia perniciem affert, Quamquam ista par-  
 tim liberiora sunt, quàm pro officio interpretis:  
 tantū ostendēdam hoc modo viam putauī, qua  
 ratione eruenda sint, quæ studiosis huius rei con-  
 ducant, vt vbi dictionem latissimè pluribúsq; ver-  
 bis explicauerint, ea demum seligant quæ compen-  
 dio ad sententiam proximè videantur accedere.

Ἀπολλυμένοις) ὀλλύω, compositum ἀπολλύω, vnde  
 Actiuum in μι, ἀπόλλυμι, Passiuum, ἀπόλλυμαι per-  
 dor & pereō, Participium ἀπολλύμενον tertiæ De-  
 clinationis. Datiuus pluralis τοῖς ἀπολλυμένοις,  
 qui regitur à Nomine ὅμοιον. Nam vt Latini, sic  
 & Græci similitudinis Adiectiuo tribuunt Datis-  
 uum. Et quod ad illa communia Syntaxeos ca-  
 pita spectat, fermè idem obtinet apud vtrosque.  
 Quapropter in Institutionibus nostris ista per quā  
 paucis & carptim attigimus: & quod discipulus  
 iam

iam in ludo Latino percepisset, id ne commemorare quidem volumus, rati nos operam perdituros, si doctum & memorem admoneremus.

Ναυτιῶσιμ) ναυτιάω, Crasis ναυτιῶ. Participium ὁ ναυτιάωμ, ἢ ναυτιάοντος, ἔω ναυτιάοντι, Crasi ναυτιῶντι. Dativus pluralis τοῖς ναυτιῶσι, reiectis literis ν, τ, ex Dativio singulari, pag. 15, ver. 12. Scribitur autē ναυτιῶσιμ per ν in fine, de quo pag. 22, ver. 18, & 90, ver. 21.

Οἱ ἔω μεγέθη ἢ πολλοῖς Δυσχεραίνωσιμ, ὡς πολλῶν τῶν σάλου παρεχομένων, κακίθην ἐπὶ τῷ λέμβου ἢ τὸ ἀκράτιον μελαίνοντες, παύλαχθ ναυτιῶσι καὶ ἀπορῶν)· συμμετέρχειαι ἢ αὐτοῖς ἢ ἀνδία καὶ ἢ χολή.

Qui magnitudine nauigij offenduntur, tanquam multam iactationem præbente, & illinc in lembum aut acatium transeuntes, vbiq̄ue nauseant & hærent: transgreditur enim cum ipsis molestia & bilis.

Ναυγί: illi magnitudine nauigij offensi, tanquam vehementius succutienti, in lembum aut nauiculam quum transierint, sic quoque non secius à nausea laborant, nimirum molestia ipsos acbile quò transierint cunq̄ue comitantibus.

Οἱ) qui, Articulus Subiunctiuus, pro quo Interpres, Nāque illi. Siquidem Relatiua sæpenumerò causam indicant.

Μεγέθει) τὸ μέγεθος magnitudo, ἢ μεγέθεος, ἔω μεγέθει & per Crasim μεγέθει, vt τέχαι, primæ Declinationis Contractorum.

Πλοῖσι) τὸ πλοῖον, ἢ πλοῖσι, tertiæ Declinationis.

Δυσχεραίνω(μ) Δυσχεραίνω, indignor, indignanter fero, offendor. Dat. iungitur. tertia Pluralis Δυσχεραίνωσι, cui additur litera ν, de hoc pag. 22, ver. 18.

Ὡς πολλῶν τῶν σάλου παρεχομένων) tāquam multam iactationem præbenti. qui Dativus refertur ad ca-

sum *μεγέθει*. indignatur navis magnitudini tanquã præbenti multam iactationem, id est, ut quæ, siue quippe quæ præbeat multam iactationem.

*Πολὺν*) Accusatiuus Nominatiui *πολὺς*, de quo pag. 90, ver. 1.

*Τὸν σάλον*) ὁ σάλος tertiæ Declinationis, iactatio in mari, vndarum & fluctuũ agitatio, quæ dum in nauim irruit, solent vectores huc atque illuc quasi fari, & in vtraque navis latera protrudi.

*Παρεχομένῳ*) præbenti, efficienti. In eadem significatione plurima vel Actiuè proferuntur, vel Passiuè: horum est *παρέχω* & *παρέχομαι*, præbeo, Participiũ ὁ *παρεχόμενος*. Scitè interpretis pro *παρέχεισθαι σάλον*, id est, præbere & efficere iactationẽ & agitationẽ, vsus est verbo succutere. Nam propriè succutere, aut quod receptius est, succussare, dicitur equus, qui sic graditur vt sessorẽ cõcutiat, & equus ipse succussor appellatus est, & succussarius, à succussatione, hoc est eiusmodi agitatione. Itaque id verbi ad turbulentã nauigationem accommodauit, quoties in vasto nauigio vector haud aliter concutitur atq; sessor à succussatore. Accusatiuum autem *πολὺν* expressit Aduerbio Vehementius, *παρεχομένῳ πολὺν ἢ σάλον*, præbenti multã iactationẽ, murauit, in vehementius succutientis. quãquam si anxie superstitiosi esse volumus, vertendũ est nõ succutiẽtis, sed succutienti: Participium enim *παρεχομένῳ* tribuitur Datiuo *μεγέθει*, nõ Genitiuo *πολὺς*, nisi forte Budæus Genitiuũ legit *παρεχομένῳ πολὺς*, succutientis nauigij, nõ autẽ *μεγέθει παρεχομένῳ*, magnitudini succutienti. Boni consulat lector curiositatẽ,  
quæ

quæ, cum tam pulchrè cōstet sensus, dubio procul iniqua foret, nisi nobis p̄positū esset etiā in minutissimis adiuuare discipulorū studia, eorūq; hæsitatię sic mederi, vt quasuis amoliremur remoras.

Κακῆθεν) Crasis, pro καὶ ἀκῆθεν, & illinc, pag. 103, versu 11.

Ἐπιτ' λέμβου) ἐπι Πρæpositio: δ λέμβου) tertiæ Declinationis.

Ἡ τὸ ἀκάτιον) ἢ, aut. hæc litera varia significat, vt variant illius spiritus & accentus.

Τὸ ἀκάτιον) genus est nauiculæ piscatoriæ.

Μεταβάωντες) Participium plurale à μεταβαίνω, transeo.

Παύλαχθ' ναυλιῶσι) παύλαχθ', vbiq; . ναυλιάω, nau-seo, tertia pluralis ναυλιῶσι, per crasim ex ναυλιάσσι. hīc autem verbum est ναυλιῶσι: suprā verò Participium Dativi pluralis, qui voce consentit cum tertia plurali, pag. 72, versu 11.

Ἀπορῆν) ἀπορέομαι, hæreo, perplexus sum, tertia pluralis ἀπορέον), crasis ἀπορῆν), vt ποιεῖν).

Συμμετέρχε) ἢ αὐτοῖς) Simplex ἔρχομαι. Cōpositū ex μέλα, μέτερχομαι, deinde altera præfigitur Πρæpositio σὺν: nec tamen dicitur σὺν μέτερχομαι, sed συμμετέρχομαι, migrante ν in μ, vt sup. pag. 18, ver. 6, in ἐμποῖσαι, tertia Persona singularis συμμετέρχε), vt τύπτε). Cōposita verò ex σὺν gaudēt Dativus, pag. 123, ver. 21. hoc loco συμμετέρχε) αὐτοῖς, cū eis trāsit, nisi ineptire velis, & dicere, cōtransit eis, pro eo quod est, vnà aut pariter cum eis transit. Būd. vertit, quod transierint cunq; comitatibus, per tmesim, pro, quocūq; transierint comitantibus. Mutauit quoq;

Interpres orationis faciem, dū in locū Verbi cum, Coniunctione Causali, substituit Ablatiuum, pronā comitantur, dixit, comitātibus: propterea quòd Ablatiui absolutè positi crebrò causam reddunt, vnde & particulam adiecit, Nimirum.

Ἄνοδια) ἀνοδῆς, molestus, iniucundus, ἀνοδία, molestia. Suidas interpretatur ἀνορεξία, id est, si ita loqui liceret, inappetentia, quum stomachus destituitur appetitu, quod iis contingit, qui nauigationis impatientes nauseant.

Χολή) bilis, & pro ira capitur vnde præcessit *Δυσχεράνῃσι*, indignantur, stomachātur, offensi sunt.

Obseruabis hoc loco nō pertinere ad Interpretem, vt periodi, mēbri, ac incisi rationē habeat: sed utcunq; visum erit, aut structuræ Græci sermonis omni ex parte respondeat, aut periodū in mēbrū, membrū in incisum redigat, aut contrā geminam periodum transferat in vnā. Verbi gratia, Budæus, si exactè singula rātum spectasset, ac nō potius vniuersam sentēciam animo cōcepisset, tres absoluisset, vt habet Græcus, periodos, hoc modo, Nam illi magnitudine nauigij offenduntur, tanquam vehementius succurrentis. Deinde in lembū aut nauiculam quū transilierint: sic quoque nō secus à nausea laborant. Nam molestia ipsos ac bilis quò trāsierint cunque comitantur. Vides hīc tria esse pronūtiata, quæ tribus absoluta sunt verbis, offendūtur, laborant, comitātur: perinde atque in Græcis tres periodi totidē cōstant verbis, *Δυσχεράνῃσι, ναυλιῶσι, συμμετέρχῃ*: quæ tria ad vnicam translata sunt periodum, vultu sermonis nō nihil immutato, quòd duo



duo verba *δυσχεράνσει* & *συμμείρειται* reddit per Participia, offensi & comitantibus.

Atq; hæc variandi figura, iacenti alioqui & fringenti orationi mederi solet. Quædoq; enim Græca rectè habent multis distincta periodis, vbi Latinus scriptor minus acris erit, nisi membrorum & incisorum potius feratur multitudo, quàm clausularum. est rursus vbi contrà fieri præstiterit, vt plausibiliores sint multæ sententiæ paucis grauatae membris, quàm periodus iusto prolixior & obscurior: quæ omnia is demum nosse poterit, quisquis & optimos quosq; Interpretes pressius excusserit, & ipse quoq; sese in vertendis Græcis exercuerit: idq; nõ oscitanter ac citra iudicium: sed tãquam in promptu positis rationibus, quot tãdem modis singula verti queant, quòve pacto Verbum nunc Participio, nunc Adiectiuo reddatur: Participium interdum Verbo, interdum nomine: oratio Actiua in Passiuam conuertatur, aut contrà: & ita in cæteris omnibus ad manum sit variandi forma.

Τοῦτο γὰρ τὴν τὸ ἡμέτερον τὰ θ' ἔνοκα πᾶθιν συμπεφρόνητες, πᾶσι χεῖρα μετὰ τ' ὁμοίω δ' οὐδ' ἴσμεν. ὡς δ' ἔρ μέγα ἀληθινὰς ἀπὸνάμεθα τᾶν τῆς.

Tale igitur quiddam & nostrum: nam domesticas C L E N. perturbaciones simul circumferentes, vbique cum similibus tumultibus sumus. itaque nihil magnum solitudine lucrati sumus hac.

*Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbaciones quoquò circumferentes gentium, vbiq; locorum perinde versamur in tumultu. quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine.* B V D.

C S                      Τοῦτο γὰρ

Τοῖς τριῶν) tale, Neutrum in ον, de quo vide pagina 81, versu 2.

Ὁὖν) igitur, ergo, Coniunctio nunc illatiua, nunc continuatiua.

Τι) quiddā. Neutrū ab infinito Nomine τῆς, τῶν, de quo pag. 13, ver. 21. destituitur autem proprio accentu, quod sit Encliticum. de quo pag. 121, ver. 1. nec tamen ipsum remittit in præcedentem dictionem ἔν. Nulla enim syllaba geminū sortitur accentum. Igitur ἔν τι scribendum vnico accentu. At in σὼμά τι duplex est syllaba: nanq; μα propriū nulum habet, ideóq; locum tribuit accētui particulæ τι. Quod si dictionem Encliticā præcesserit syllaba proprium accentum possidens acutū, isq; ob consequentiā migret in grauem, vt δεῶν τινὰ φιλεῖ, rursum reponetur acutus, si Encliticum proprio destitueris, δεῶν τινὰ φιλεῖ: non autem δεῶν τινὰ φιλεῖ.

Καί) & etiā, quoq; verti posset, huiusmodi igitur nobis quoq; cōtigit: nisi quod ὃ multis locis abūdat, de quo vide Cōmentarios Budęi, in quibus plenissimè docet vsum partiū orationis indeclinabiliū.

Τὸ ἡμέτερον) nostrum, Pronomen Possessiuum, huiusmodi, inquit, quiddam etiam nostrum, subaudi est. crebrò enim verbum Substāt. intelligitur, quum alioqui apertus est sensus. Capitur autē nostrum substantiuè, id est, res nostra, siue negotium nostrum, pro quo Interpres dixit, nobis contigit. Liceat tibi quoque sic vertere. Ad hunc igitur modum nostræ quoq; res sese habent, neque verò aliter nobiscum agitur, in eiusmodi igitur statu res nostræ quoq; sunt sitæ, ad eundem rerum statum

nos

nos quoque redacti sumus, eodem nimirum fermè loco res quoque nostræ consistunt, &c.

Ἐνοικιασάθη) domesticas perturbationes. οἶκος domus ἔνοικος domesticus, quasi dicas in domo existēs

Plurima verò Præpositionum adminiculo formantur Adiectiua, aut quæ tanquam Adiectiuè capiuntur, cuiusmodi sunt ea quæ officium aliquod significat aut functionem, & muneris alicuius administrationem. Quorum quidem Nominum tanta est copia, vt nulla sint Lexica numerâdis omnibus absoluta. Quum sint enim Græci in omni cōpositionis genere felicissimi, nec tam arctis conclusi spariis, vt Latini, nullus vnquam futurus est modus, qui nouis cōcinnandis vocibus statuatur: sed pro re nata & licuit, sempérq; licebit, scita compositione recens & nuper exorta signare.

Πάθη) τὸ πάθος primæ Declinationis Contractorū, τὸ πάθος, Plurale τὰ πάθηα, & per Crasin πάθηκ.

Συμπεριφέρουτες) si Latinis æqualis permitteretur audacia, verterent concircunferentes: sed aures non ferunt. Itaq; quoties istiusmodi occurrūt, quæ ad verbum commodè & venustè reddi non possunt, vt fermè contingit in Græcorum compositionibus, spectare cōuenit sententiã, & eam verbis assequi vel diuersissimis. Vim Præpositionis σὺν sic exprime, vnà nobiscum concircunferentis: nam quod addit Interpres, quoquo gentium, non ad significatum Præpositionis facit, sed toti sententiæ seruit & ornatui.

Συμπεριφέρουτες) φέρω, fero, adde Præpositionem πρὸς, περιφέρω: præfige alteram Præpositionem σὺν, sed mi

sed migret *ν* in *μ*, συμπεριφέρω: vnde Participium συμπεριφέρων, & συμπεριφερότης, Plurale οἱ συμπεριφέροντες.

Μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἔσμεν) cum similibus, hoc est, eisdem tumultibus sumus. pulchrè Interpres, perinde versamur in tumultu. Genitiuū ὁμοίων expressit Aduerbio, perinde: μετὰ θορύβων dixit in tumultu. pro Verbo ἔσμεν posuit versamur.

Ὅμοιον θορύβων) Nominatiuus singularis ὅμοιον θορύβου tertix Declinationis.

ἔσμεν) sumus, ab εἶμι sum, pag. 98, versu 18.

Ὡς) itaque, quapropter, quare.

Οὐδέν) nullum, nihil: ab ἕδ' ἔς, pag. 13, versu 1.

Μέγα) Neutrum à μέγας, pag. 90, versu 5.

Ἐρημίας) ἢ ἐρημία, τῆς ἐρημίας secundæ declinationis,

ταύτης) Nominatiuus αὐτῆς, Genitiuus ταύτης, pag. 77, versu 14.

Ἀπὸ ἀμέθας) tolle Præpositionē ἀπό, manet simplex ὠνάμεθα pro ὠνησάμεθα per Syncopē, vt scripsimus pag. 114, ver. 4. & sequentibus. igitur ὠνάμεθα est Aoristus primus medius pro ὠνησάμεθα, cuius singulare ὠνησάμιω, ab Aor. Actiuo ὠνησάμιω, Futurum ὠνήσω, Præteritum ὠνήω per ο, quod ratione augmēti ver tebatur in ω. Cæterum dum istiusmodi ratione verborū themata quærimus, nihil nos offendat, quod per quæ decurrimus tempora, crebrò sint inusitata. Nec enim hoc hîc agitur, vt sciamus receptū themā ne sit ὠνήω, an potius verbū in μι. ὠνήω: tantum paratur via quæ temporum formationes demonstrat.

Οὐδέν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπὸ ἀμέθας ταύτης) gaudet hoc verbum Accusatiuus cum Genitiuo, Accusatiuus

sius significat fructū & emolumentum quod percipimus, Genitiuus autē id vnde fructus proficiscitur. idem fit in verbo ἀπολάω. Lucianus quodā loco vtrunque vsurpauit, τί μὲν γάρ, inquit σὺ ἀπολάουσας τῶν ὄρων, τί δ' ἄρ' ἀπόναιτο τῶν κάλλους αἰ βέες; quémnam fructum percipies è montibus? quid verò boues consequentur emolumentum è tua pulchritudine? Interpres pro Accusatiuo ἔδερ μέγα, posuit non magnoperè aduerbialiter, non magnoperè adiuti sumus ab hac solitudine.

Ἄ μέντοι ποιῆσθε, καὶ ἔδερ ὑπὲρ ξερῶν ἡμῶν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι τὴν πρὸς σωτηρίαν καθήσασμένους (εἴ τις γάρ, φησι, θέλει ὀπίσω με ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἐαυτὸν, καὶ ἀράτω τὴν σαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήτω μοι) ταῦτά ὑπὲρ ἡμῶν ἰσχυρία τὴν ἔδερ χειρὶν προσήκει.

Quæ verò facere oportebat, & vnde licuit nobis vestigiis hæere ad salutem præstitis (Si quis enim, inquit, vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me) hæc sunt: in quiete mentem habere, conari conuenit. C I E N.

At verò quæ facta à nobis oportuit, vndeque auspicandum fuit B V D.  
ei, qui vestigiis hæere voluit eius, qui nobis salutem viam præstitit (Si quis, inquit, post me venire vult, abiret seipsum, & tollat suam ipse crucem, & sequatur me) hæc ferè sunt. Iam primum mentem pacatam habere conueniebat.

Μέντοι) at verò, verum, Aduersatiua Coniunctio hoc loco respōdet Cōiunctioni μὲν, quæ multū antè præcessit, ἀ μὲν ποιῶ αὐτοῦ, &c. nā post μὲν, vt scripsimus sup. pag. 31, ver. 12, in voce μὲν, fermè sequitur ἢ, aut alia quæuis Cōiunctio posterioris sententiæ aut mēbro seruiēs. Hic prior oratio, vbi ponitur μέν, statum rerū Basilij cōtinet: altera quæ effertur per

sed migret *ν* in *μ*, συμπεριφέρω: vnde Participium συμπεριφέρων, & συμπεριφέρως, Plurale οἱ συμπεριφέροντες.

Μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἔσμεν) cum similibus, hoc est, eisdem tumultibus sumus. pulchrè Interpres, perinde versamur in tumultu. Genitiuū ὁμοίων expressit Aduerbio, perinde: μετὰ θορύβων dixit in tumultu. pro Verbo ἔσμεν posuit versamur.

Ὅμοίων θορύβων) Nominatiuus singularis ὁμοίων θορύβων) tertix Declinationis.

ἔσμεν) sumus, ab εἶμι sum, pag. 98, versu 18.

Ὡς) itaque, quapropter, quare.

οὐδέν) nullum, nihil: ab ἕδ' ἄς, pag. 13, versu 1.

Μέγα) Neutrum à μέγας, pag. 90, versu 5.

Ἑρμίας) ἢ ἑρμιά, τ' ἑρμίας secundæ declinationis,

ταύτης) Nominatiuus αὐτή, Genitiuus ταύτης, pag. 77, versu 14.

Ἀπανάμεθα) tolle Præpositionē ἀπό, manet simplex ἀνάμεθα pro ἀνησάμεθα per Syncopē, vt scripsimus pag. 114, ver. 4. & sequentibus. igitur ἀνάμεθα est Aoristus primus medius pro ἀνησάμεθα, cuius singulare ἀνησάμιω, ab Aor. Actiuo ἀνήσασα, Futurum ἀνήσω, Præsens ἀνέω per ο, quod ratione augmēti ver tebatur in ω. Cæterum dum istiusmodi ratione verborū themata quærimus, nihil nos offendat, quod per quæ decurrimus tēpora, crebrò sint inusitata. Nec enim hoc hīc agitur, vt sciamus receptū themāne sit ἀνέω, an potius verbū in μι. ὄνυμι: tantum paratur via quæ temporum formationes demonstraret.

οὐδέν μέγα τ' ἑρμίας ἀπανάμεθα ταύτης) gaudet hoc verbum Accusatiuo cum Genitiuo, Accusatiuus

sius significat fructū & emolumentum quod percipimus, Genitiuus autē id vnde fructus proficiscitur. idem fit in verbo ἀπολάω. Lucianus quodā loco vtrunque vsurpauit, τί μὲν γὰρ, inquit οὐ ἀπολάσφας τῶν ὄρων, τί δ' ἂν ἀπόναιτο ἢ οὐ κάλλος αἱ βόες; quémnam fructum percipies è montibus? quid verò boues consequentur emolumentum è tua pulchritudine? Interpres pro Accusatiuo ἔδερ μέγα, posuit non magnoperè aduerbialiter, non magnoperè adiuti sumus ab hac solitudine.

Ἄ μὲντοι ποιῆσθαι, καὶ ἔδερ ἔπιρξεν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχουσα ἢ πρὸς σῶν κτίων καθήσμενα (εἴ τις γάρ, φησι, θελεῖ ὀπίσω με ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἐκ τῶν, καὶ ἀράτω ἢ σαυροῦ αὐτῆ, καὶ ἀκολουθεῖτω μοι) ταῦτά ἔσην ἡσυχία ἢ ἔδω ἔχουσα πειράσθαι προσήκει.

Quæ verò facere oportebat, & vnde licuit nobis ven- C I E N.  
stigiis hæere ad salutem præstitis (Si quis enim, inquit, vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me) hæc sunt: in quiete mētem habere, conari conuenit.

At verò quæ facta à nobis oportuit, vndèq; auspicandum fuit B V D.  
ei, qui vestigiis hæere voluit eius, qui nobis salutem viam præstitit (Si quis, inquit, ponè me venire vult, abneget seipsum, & tollat suam ipse crucem, & sequatur me) hæc factæ sunt. Iam primùm mentem pacatam habere conueniebat.

Μέντοι) at verò, verùm, Aduersatiua Coniunctio hoc loco respōdet Cōiunctio μὲν, quæ multū antè præcessit, ἀ μὲν ποιωῦ ἀνὸς, &c. nā post μὲν, vt scripsimus sup. pag. 31, ver. 12, in voce μὲν, fermè sequitur ἢ, aut alia quæuis Cōiunctio posterioris sententiæ aut mēbro seruiēs. Hic prior oratio, vbi ponitur μέν, statum rerū Basilij cōtinet: altera quæ effertur per

per *μῶτοι* declarat quid ipsum agere conueniebat.

*Ποιῆν*) Infinit. à verbo *ποιέω*, *ποιῶ*, pag. 45, ver. 30.

*Ἔδει*) oportebat, Impersonale *δεῖ* oportet, pag. 107, ver. 28. finge vocē personalē, & cape tertiā personā, *δέω*, *δέδης*, *δέδξ*, & per Crasim *δέει*. Imperf. *ἔδειον*, *ἔδειες*, *ἔδειε*, Crasis *ἔδξ*: est enim Impsonale Act. vocis.

*ὄθειν*) vnde, è quibus, Aduerbiū.

*ὑπῆρξεν*) simplex *ἄρχω*, Fut. *ἄρξω*, Aorist. pri. *ἤρξα*, Cōpositiū *ὑπάρχω*, Fut. *ὑπάρξω*, Aorist. pri. *ὑπῆρξα*, *ὑπῆρξας*, *ὑπῆρξε*, quod verbū Infinitiuo iunctū tanquam Impersonaliter accipitur, pro cōrigit, licuit, euenit: *ὑπῆρξεν ἔχεαθ*, licuit hærere. fortè Basiliius scriptū reliquit *ὑπῆρξεν ἂν*, id est licuisset. In exemplari Aldino deest hæc vox *ὑπῆρξεν*: sed tārū excusum est, *ὄθειν ἡμῖν τῷ ἰχνῶρι ἔχεαθ*, vnde nobis vestiigiis hærere. quod nescio an secutus sit Budæus, interpretatus in hūc modum, Vndéq; auspiciandum fuit ei, qui vestiigiis hærere voluit, &c. quasi quippiam subaudiédum putauit, *ὄθειν*, vnde, & è qua re, subaudi proficiscitur *ἔχεαθ τῷ ἰχνῶρι*, hærere vestiigiis, quanquam alioqui ab iis auspiciari conuenit, vnde licet rem assequi.

*ἡμῖν*) nobis, Datiu. pluralis ab *ἐγώ*, pag. 76, ver. 11.

*τῶν ἰχνῶν*) Genitiuū pluralem indicat Articulus *τῷ*, sed quum quiuis Genitiuus pluralis desinat in *ων*, & Articulus *τῷ* sit omnis generis, aut præceptore opus est, aut Lexico, vt dicas Nominatiuū esse *τὸ ἰχνοσ* vestigiū, primæ Declinationis Contractorum, *τῷ ἰχνοσ*, *τῷ ἰχνέων*, Crasis *ἰχνῶν*.

*ἔχεαθ*) Infinitiuus ab *ἔχομαι* hæreo, postulat Genitiuū.

Πρὸς



πρὸς σωτηρίαν) ad salutē, σωτήρ seruator, ἡ σωτήριος, unde ἡ σωτηρία salus. Nā quæadmodū à Nominatiuis in os fiūt Substātiua in ἰα, κακὸς, ἡ κακία, sup. pag. 26, ver. 21, in voce ἑπαφελίας : ita & à Genitiuo desinente in os, quandoq; huiusmodi fiūt Nomina in ἰα, vt ἡ σωτήριος, ἡ σωτηρία, secundæ Declinationis.

Καθηγεῖν (αμένειν) Genitiuus est. Ordo est, ἔχεαδῦ ἡ ἰχνῶν ἡ καθηγὺν (αμένειν πρὸς σωτηρίαν, hætere vestigiis eius, qui præiuit ad salutem. Nominatiuus ὁ καθηγὺν-σάμενος, Participiū à primo Aoristo medio καθηγῆσαι, primus Aoristus Actiuus esset καθηγῆσα, Futurum καθηγῆσω Præsens καθηγέω : verū solū est receptum in voce Passiua siue Media, καθηγέομαι, Crasis καθηγέμαι primæ Coniugationis Circumflexorum. Tamen quoties hæc verba Deponētia siue Communia sunt excutienda, formabimus omnia tempora more actiuorum & Passiuorum, quanuis nō sint recepta: ideóq; à καθηγῆσαι sursum ascendemus ad Præsens vsque καθηγέω. sed Lexicon docebit tantū receptū esse καθηγέομαι, quod est compositum ab ἡγέομαι. Nam κῆ perdit vltimū α, quia verbum incipitur à vocali, quæ quòd sit aspirata, mutatur τ in θ, καθηγέομαι non καθηγέομαι.

Cæterū Deponentium verborum tempora quædam fiūt vt in Passiuis, quædam vt in Mediis, quod vsu magis discas quàm præceptis.

Est autem καθηγέμαι idem quod præeo, præceptor sum : hinc καθηγέμων, autor, præceptor, qui rem instituit.

Εἴτις) si quis, τὶς aliquis, Encliticum est, & accētum remittit in præcedentem syllabam α, quæ ex se accen-

se accentum nullum habet, cuiusmodi & alia scripsimus pag. 121, ver. 1.

Γάρ φησι) φημι dico, tertia Persona φησι, pag. 102, ver. 14, éstq; ex Encliticis, & accentu destituitur, pag. 121, ver. 6. Est autem locus, quem citat Basilius Lucæ capite nono: nisi quòd ibi additur hæc particula καθ' ἡμέραν, id est, quotidie.

Θέλει) vult, prima persona θέλω, volo.

Ὅπισω μὲ) post me, Aduerbiū est cum Genitiuo. Græcorum quedam Aduerbia per Præpositionem reddimus.

Με) Genitiuus ab ἐγώ, destituitur Accentu tanquam Encliticum.

ἔλθει) ἐλεύθω, secundus Aorist. ἔλυθον, Syncopē ἤλυθον, Infinitiuus ἐλθεῖν, pag. 94, ver. 5.

Ἀπαρνησάσθω) tolle Præpositionem ἀπό, manet ἀρνησάσθω, Aoristus primus Medius Imperatiui, vt τυψάσθω, secunda Persona ἀρνησαι, vt τύψαι, Indicatiuus ἔρνησάμιω, Aorist. primus Actiuus esset ἤρνησα, Fut. ἀρνήσω. Præsens ἀρνέω. sed receptum est Deponens ἀρνέομαι, inde ἀπαρνέομαι, abnego.

Ἐαυτὸν) semetipsum, Pronomen compositum pagina 77, versu 16.

Ἀράτω) αἶρω, tollo, Futurū ἀρώ, Aoristus primus ἤρα, Imperatiuus ἄρω, ἀράτω, vt τύψον, τυψάτω,

Σταυροῦ) ὁ σταυρὸς crux, tertiæ Declinationis.

Αὐτῷ) ipsius, crebrò reperies αὐτῷ pro αὐτῷ, quod per Apheresin dicitur pro εαυτῷ, pag. 78, ver. 5.

Ἀκολουθεῖτω) ἀκολουθέω sequor, Dativum regit pag. 123, ver. 17. Imperatiuus ἀκολέθει, ἀκολουθεῖτω, & per Crasin ἀκολουθεῖτω, vt ποιέτω ποιέτω, pag. 46, ver. 17.

Μοι)

Moi) Dativus ab ἐγὼ, ex Encliticis est, Accentu carens.

Ταῦτά ἐστιν) ταῦτα hæc, Neutrum plurale Pronominis ἑστῶ. pag. 76, ver. 29. Iungitur verbo singulari, pag. 112, ver. 22.

Ἐστῶ) est tertia singularis ab ἐμὶ sum. pagina 98, versu 14. ἐστῶ; ex Encliticis. Scribitur autem ἐστῶ per ν more Attico, qui personis in iota finitis addunt ν, siue sequatur vocalis, siue consonans, siue absoluta sit sententia, siue non. Idq; receptissimum in Ecclesiasticis Scriptoribus.

Ἐν ἡσυχίᾳ ἔχειν) ἔχω habeo, Infinit. ἔχειν habere, ἦν ἡσυχίᾳ in quiete, pro quo Budæus pacatam habere. ἡ ἡσυχία, quies, secundæ Declinationis, Dativus ἡσυχίᾳ per α Diphthongum impropriam. ἦν in, Præpositio iuncta Dativo ἡσυχίᾳ.

Τὸν νῆρ) Accusativus. Nominativus δ νόστος, Crasis νῆς, pag. 86, ver. 22.

Πειράσθαι) πειράομαι nitor, conor, tento. Secundæ Coniugationis Circumflexorum. Infinitivus πειράσθαι, Crasis πειράσθαι.

Προσῆκει) convenit, Impersonaliter Præsentis temporis, à τὸς & ἦκω, Compositū προσῆκω convenio. Budæus Imperfecto reddit, Iam primùm, inquires, mentē pacatam habere conveniebat: pro quo Græcus dixit, ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νῆρ ἔχειν πειράσθαι προσῆκει, hoc est verbū è verbo, In quiete mentē habere, conari convenit. ordo est, convenit conari habere, id est ut habeas, aut ut habeat quis mentem, &c. Magnus est enim usus Infinitivi Græci, & sæpenumero commodè redditur per Optativum præcedente particula

d cula

cula ut, aut alia simili. Cæterùm nos docendi græ-  
 tia rudiùs vertimus, quo per omnia discipulo satisf-  
 faceremus. Neque verò miretur si inter Græca ni-  
 hil respondeat illi iamprimum, nec Interpretem  
 damnet, quasi infinitiuum *περᾶν* neglexerit. La-  
 tinis auribus ille inferuivit, & sensum bona fide  
 reddidit. Verùm, iam deinceps in istiusmodi versio-  
 nis siue libertate, siue autoritate, non multum im-  
 morabimur: sed Budæi doctissimã interpretatio-  
 nem tantùm adscribemus. Vbi enim singulorum  
 verborum themata cõmonstrata fuerint, & Gram-  
 maticas minutias exactè peruestigauerimus, facilè  
 quiuis iudicio ipse suo cõsequetur quid interpres  
 aut prudēs adiecerit, aut securus transiniserit: quo-  
 rum vtrunq; quantum permissum sit, fidorum In-  
 terpretum scripta docebunt. Nunc quo cœpimus  
 proposito, has Meditationes absoluamus. De inter-  
 pretandi ratione aliàs fortè & copiosius dicemus.

Ὡς γ' ὀφθαλμὸν περιεργόμενον σιωχῶς, καὶ νῦν μὲν  
 ἐπὶ τὰ πλάγια περιεφρόμενον, νῦν ἢ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κά-  
 τω πικρὰ μετὰ σρεφόμενον, ἰδέειν ἐναργῶς, ἔχουσι, ἀλλὰ  
 χρὴ προσεφθιδύουσι τὸ ὄψιν (ἢ) ὀφθαλμῶν, εἰ μέλλει ἐναρ-  
 γῆ αὐτὸ ποιῆσθαι τὴν θεῶν ἔτι καὶ νῦν ἀνθρώπων ἐπὶ μν-  
 εῖων ἢ κατὰ τὸν κόσμον φροντίζων περιεληόμενον, ἀμήχαν-  
 ον ἐναργῶς ἐπίνοισαι τῆ ἀληθείᾳ.

CLEN. Ut enim oculum circumactum assiduè, & nunc qui-  
 dem in obliqua circumlatum, nunc verò ad superna &  
 inferna identidem reuersum, cernere euidenter non pos-  
 sibile: sed oportet affixum esse obtutum viso, si futurus  
 sit euidentem ipsius facere conspectum: sic & mentem  
 hominis ab innumeris in mundo curis distractam, diffi-  
 cile euidenter intendere veritati.

Ut enim

*Vt enim oculus continuo circumactu versatus, & nunc horsum illorsumque; de flexis, nunc. Iursum deorsumque; erectus vicissim ac depressus, exactè cernere nequit, sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet, si quidem conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam, euidenter cernere veritatem vix est vt euenire possit.*

Ὡς ᾤ) vt enim, respondet ei quod sequitur ἔτω, sic.

ὀφθαλμῶν) oculum, ὁ ὀφθαλμὸς tertiæ Declin.

Περιοδῶν) Accusatiuus participij Præs. tempo- ris, Nominatiuus ὁ περιόδων à Passiuo περιάσσομαι, A ctiuum περιάγω, circumago, circumduco, ver- so, à περι & ἄγω: nec abiicit περι vocalem, licet vera- bum ἄγω incipiatur à vocali, pag. 23, ver. 24.

Συνεχῶς) Συνέχω cōtineo. inde συνεχῆς cōtinuus, primæ Declinationis contractorū, τὸ συνεχέω, & συνεχέω, Crasi συνεχῶρ, & ν in σ cōuerso, fit Aduer- bium συνεχῶς, quasi dicas cōtinenter. qua voce Cæ- sar vitur pro assiduè, & citra intermissionè, Con- tinèter bellum gerere. De huiusmodi Aduerbiorū formatione, pag. 80, ver. 5. Pro περιελκόμενον συνεχῶς, Budæus habet Cōtinuo circumactu versatus.

Καὶ νῦν μὲν) & nunc quidem: νῦν Aduerbium temporis.

Ἐπὶ τὰ πλάγια) in obliqua: Neutrum plurale Ac- cusatiui casus. Nominatiuus singularis ὁ πλάγιος obliquus, transuersus, tertiæ Declinationis. Pro ἐπὶ τὰ πλάγια, Budæus horsum illorsumque.

Περιφερόμενον) φέρω, Cōpositum περιφέρω, Passiu. περιφέρομαι circumferor, Partic. ὁ περιφερόμενος ter- tiæ Declinationis, Accusatiuus τὸν περιφερόμενον.

Πρὸς τὰ ἄνω ἢ κάτω) sursum ac deorsum. ἄνω Ad-  
d 2 uerbium

uerbium, sursum, suprâ, *κάτω* deorsum, infrâ **Ad-**uerbiis Articuli adduntur in quouis genere & numero, sensusq; redditur Latinè per conueniens aliquod Participium, aut aliam quampiam vocem, quæ maximè quadrat: *ὁ ἄνω*, qui sursum versatur, *τὰ ἄνω*, sursum sita, *τὰ κάτω*, deorsum posita: *πρὸς τὰ ἄνω*, ad ea quæ sursum consistunt,

*πρὸς*) Præpositio iuncta est accusatiuo *τὰ ἄνω*,

*πυκνὰ*) Neutrum plurale ab Adiectiuo *πυκνός*, densus, frequens. Neutra verò Adiectiua in vtròq; numero tanquam aduerbia sicut. *πολλὰ*, multùm, sic *πυκνὰ* frequenter: pro quo Budæus, vicissim, id est, identidem, crebrò, per interualla.

*Μεῖλας ρεφόμηνον*) Accusatiuus est. Nominatiuus *ὁ μεῖλας ρεφόμηνος*, Participium Præsentis tēporis à Passiuo *μεῖλας ρέφομαι*. Actiuū *μεῖλας ρέφω*, conuerto, reuerto: à *μεῖλ' ἔξ τρέφω*. pro *πυκνὰ μεῖλας ρεφόμηνον*, id est frequenter conuersum, vertit Budæus, erectus vicissim, ac depressus: nam *πρὸς τὰ ἄνω μεῖλας τρέφεται*, id est sursum conuerti, nō est aliud quàm erigi: contrâ, *πρὸς τὰ κάτω μεῖλας τρέφεται*, deorsum conuerti, tanquam est deprimi. id verò per vices cōtingit sibi mutuò succedentes. ideò *πυκνὰ μεῖλας τρέφεται* dixit, vicissim erigi ac deprimi.

*ἰδ' ἔμ*) videre, Infinitiuus secūdi Aoristi, pag. 109, ver. 14. in *εἶδ' ἔμ*.

*Ἐναργῶς*) manifestè, euidenter, Aduerbium factum à Genitiuo plurali *ἐναργῶν*. Nominatiuus *ὁ κῆρ ἢ ἐναργῆς*, primæ declinationis Contractorum.

*Οὐχ*) non, ἔ ante Consonâtem, ἔ *ποιήσω*, ἔκ ante Vocalē tenuē, ἔκ *ἐποίησα*, ἔχ ante aspiratâ, ἔχ *ἄπασ*.

*Οἶδ' ἔμ*

Οἶόν τε) οἶος potens, possibilis, quod nomen Ionico more capit Parelcon τε, οἶός τε, Neutrum οἶός τε.

Χρή) oportet. Impersonale, pag. 117, ver. 16.

Προσερσιθῆναι) Simplex ἐρσιθῆναι, vt τυφθῆναι, Aoristus primus passivus Infinitivi modi, Indicativus ἠρείσθην, à tertia persona Præteriti Passivi ἠρείσθη, prima persona ἠρίσμαι, Præteritum Activi ἠρίκα, Futurum ἐρείσω, Præsens ἐρείδω, id est, firmo, figo: προσερείδω applico, affigo, προσερσιθῆναι τῷ ὄφθῳ, affigi oculus, siue aspectum applicari.

Τὸν ὄφθῳ) ὀπτομαι, video, Præt. ὤμμαι, secundà persona ὤψαι, hinc ablato incremèto verbale fit ἢ ὄψις, τῷ ὄψεως, τὸν ὄφθῳ, secundè Declinationis Cōtractoriū.

Ὀρωμένῳ) ei quod videtur, ὀράω video, ὀράομαι videor, Crasis ὀρώμαι secundæ Coniugationis Circūflexorum. Participiū ὀρώμενος, Dativus (ὄ) ὀρωμένῳ, pro quo Budæus dicit, rem visam. Nam huiusmodi Participiis Præteriti temporis sæpius abutimur, & ad significationè Præsens accommodamus, quòd Latini non habeant Participium Præsens à verbo Passivo. Quanquam & Græci & Latini Participia crebrò solent vsurpare, non habita ratione temporis, sed significati: vt rem visam dicamus non eam solùm quã tempore præterito vidimus, sed omne id in quod oculus officio suo fungi potest. Sic Græci τὸ ὀρώμενον Participio Præsens temporis appellant quicquid cerni potest, siue nunc in præsentia cernatur, siue antea conspicuū fuerit, licet iam lateat, neq; appareat, id est τὸ ὀρώμενον, & visum pro obiecto visus, vt Physici loquuntur, accipimus.

Εἰ) Coniunctio hîc posita cum Optat. μέλλοι.

d 3 ΜΕΛ

Μέλλοι) *Opta. vt τύπῃσι*, Indicat. μέλλω: quod verbum peculiariter gaudet Infinitiuo: solentque Latini hanc phrasim reddere his verbis, Futurum est vt, μέλλω ποιῆν, futurum est vt faciā, μέλλω γράψαι, futurum est vt scribam, μέλλω τύψαι, futurum est vt verberem: cuiusmodi planè eadem sunt cum Futuris, faciam, scribam, verberabo: sed vocum vsus est obseruandus. Nos rudium ducētes rationem, pro μέλλοι diximus, futurus sit.

Ἐναργῆ) ὁ κῆ ἢ ἕναργῆς, primæ Declinationis Contractorū: τῆ κῆ αἰ ἕναργῆς, τὸν καὶ τὴν ἕναργῆα, Crasi ἕναργῆ. id est, euidētem, manifestū, aut, vt Budæus, conspicuū. Hic capitur in genere Fæminino, eius Substantium Δίαρ.

Αὐτῆ) αὐτὸς, ipse, pag. 77. ver. 14. Neutrum αὐτὸ, Genitiuus αὐτῆ, refertur ad ὁρωμένῳ, Datiuū Neutrum. Budæus habet pro αὐτῆ Genitiuum rei, quia ὁρωμένῳ vertit rem visam.

Ποιῆσθ) Infin. à ποίεσθαι, pag. 48, ver. 28, in voce Pass. capitur Actiuè, ideòq; regit Accus. à tergo τὴν θείαν, vide suprà pag. 38, ver. 10. in παρεχομένῳ.

Θείαν) ἡ Δία, aspectus, visus, at ἡ θεὰ, dea, vtrūq; se cūde Declinationis, Accusatiuus à Δία est τὴν Δίαν.

Ἰστῶ) sic. ante consonantē ἴστω, ante vocalē ἴστως, Ἀνθρώπος) Nominatiuus ὁ κῆ ἢ ἄνθρωπος, tertiæ Declinationis.

Ἐπὶ) Hæc præpositio cum Genit. solet addi dictionibus Passiuè significantibus, vt apud Latinos, à vel ab. τύπῃσθαι ἐπὶ σε, verberor abs te. sic hoc loco, ἐπὶ μελέων φροντίζων περιελκόμενον.

Μυελῶν) hoc explicatum est suprà pag. 33, ver. 6.

Τῶν



Τῶν κτλ ἢ κόσμου φροντίδων Budæus vertit, mundi curis. Quomodo autem explicari possit Articulus ille ἢ iunctus Præpositioni cum Casu κτλ ἢ κόσμου, ostensum est supra pag. 34, versu 2. à fine, in verbis ὑπὸ αὐτῆς τὸν πλῆθ' ἀπειρίας.

Κατὰ τὸν κόσμον κτλ, in, præpositio cū accusatiuo κόσμου, Nominatiuus ὁ κόσμος, tertię Declinationis. Φροντίδων) ἢ φροντίς, αὐτῆς φροντίδου, ἢ φροντίδων.

Περελκόμενον) ἔλκω, traho, παρελέκω, distraho, Passivum παρελκόμεαι, Participium, ὁ παρελκόμενος, ἢ παρελκόμενον, distractum. Est tamen præsentis Temporis. vide de hoc in voce ὀρωμίνω, sup. pag. 53, versu 14.

Ἀμήχανον) μηχανή, conatus, machina. vnde per α priuativam particulam fit ἀμήχανον, difficile, quod nulla ratione vel arte fieri possit.

Ἐναϊόνισαι) ἀτονίζω, fixis oculis intueor. Futurum ἀτονίσω, Aorist, primus ἠτένισα. Infinitivus ἀτονίσαι, vt τύψαι, Compositū γνώσινισαι ab Indicatiuo præsentis γνώσινίζω, quod Dativū regit τῆ ἀληθείᾳ, ratione Præpositionis γνώ. vide supra pag. 13, versu 19, in ἐπιφαινομένης αὐτοῖς.

Nec mireris Interpretem γνώσινισαι vertisse per Infinitivum præsentis Temporis, cernere, vt & prius προσερεσθῆναι incumbere, & ἰδέειν cernere: quandoquidem Aoristi variis tribuuntur Temporibus, & latissimè patet eorum significatio & vsus.

Ἀληθείᾳ) veritati. Adiectiva in us primæ Declinationis Contractorum faciunt substantiva Fœminina in εια. γνώρις evidens, ἢ γνώριστα evidencia, ἀληθὴς verus, ἢ ἀλήθεια veritas, τῆ ἀληθείας, τῆ ἀληθείᾳ,

per α diphthongum impropiam: & hoc differt à Nominatiuo ἀλιδία.

Ἀλλὰ τὸ μὲν ἔπω τοῖς δεσμοῖς τὸ γάμος σωμειλεγμένον, λυαώδης ἐπιθυμία, ἢ ὄρμαι δλοσάθειτοι, καὶ ἔρωτες τινες δυσέρωτες ἐπιάρασσι.

C I E N. Sed quidem nondum vinculis nuptiarum constri-  
ctum, rabiðæ cupidines, & impetus irretenti, & amores  
quidam perditæ perturbant.

B V D. Atque ei quidem, qui nondum conjugaliis vinculis atri-  
ctus est, rabiða cupidines, & impetus effrantes, amorésq; incessunt  
perditissimi.

Δεσμοῖς) Dativus pluralis, Nominatiuus ὁ δεσμός  
tertiæ Declinationis. est Verbale à δέω, ligo, pag.  
98, ver. 10. in fine.

Γάμος) ὁ γάμος, nuptiæ, tertiiæ declinationis est sin-  
gulare, quum nos utamur plurali nuptiæ. vide sup.  
pag. 13, ver. 19, in ἐπιφαινομένων.

Σωμειλεγμένον) ζεύγνυμι Tempora sumit à ζεύγω,  
ut scriptum est pag. 114, ver. 12, in verbo ἄγνυμι. Fu-  
turū igitur ζεύξω, Præt. Act. ἔζευχα, Pass. ἔζευγμαι, Par-  
ticipium ἐζευγμένος, & Compositum σωμειλεγμένος,  
Accusa. τὸ σωμειλεγμένον. Verbum tamen scribitur  
συζεύγνυμι, non autem σωζεύγνυμι, ut συζάω, non  
σωζάω, pag. 115, ver. 22. Est autem σωμειλεγμένος, con-  
iugatus, pro quo Budæus, constriictus.

λυαώδης) Multa sunt Adiect. in ὡδης communia  
primæ Declinationis Contractorum, ἀνὴρ, ἀνδρός,  
vir, viri: ἀνδρώδης, virilis: ἰξός, viscum: ἰξώδης, visco-  
sus: sic λυαα, rabies: λυαώδης, rabidus, τὸ ἢ τὸ λυαώ-  
δεις, Plur. οἱ ἢ αἱ λυαώδεις, crasis λυαώδεις.

Ἐπιθυμία) Nominatiuus pluralis, singularis  
ἢ ἐπιθυμία, concupiscentia, secundæ Declinationis.

Ὀρμαι)

ὄρμη) ἢ ὄρμη, secundæ Declinationis, impetus, subitus animi affectus & modus, quo temerè huc vel illuc impellimur, cuiusmodi est in animantibus dolentibus, aut alio affectu subito raptis.

Δυσκάθεκτοι) retentu difficiles, ἔχω, Futur. ἔξω per aspirationem, quæ manet in Præterito ἔχα, Pass. ἔειμαι, ἔξαι, ἔκῃαι. vnde ablato incremento, fit verbale ἔκός. sic à Composito κατέχω, id est, retineo, Verbale κάθεκτο, id est, cohibitus & retentus. & licet scribatur κατέχω, tamen per θ scribitur κάθεκτο. nā κατέχω fit à κτῆ & ἔχω, at κάθεκτος ab ἔκτος, quod habet aspirationem. A κάθεκτο fit δυσκάθεκτο, retentu difficilis, & qui cohiberi non potest, id est, effrenis. Particula verò δὺς in compositione significat difficultatem, impossibilitatē, malum & perniciosum: cuius contrariū est εὖ. Quū sit autem ὄρμη, Fœmininum, tamen non dixit δυσκάθεκται, sed δυσκάθεκτοι. Attici nanq; Adiectiua in os communi Genere solent vsurpare, pag. 81, ver. 7.

Ἐρωτες τινες) ἔρως, amor ἔρωτο, Plural. ἔρωτες, quintæ Declinationis. τινες Encliticum à Nomina tiuo τιν, remittit accentum.

Δυσέρωτες) ab ἔρως fit Adiectivum δυσέρως, id est, Perditè amans, aut minimè amādus. explica particulam δὺς, vt loco quadrabit, ἔρωτες δυσέρωτες, amores perditissimi, aut amores infelices & perniciosi.

Ἐκταράσσει) ταράσσω, turbo, ἔκταράσσω, conturbo, molestus sum. Præpositio ἐκ in compositis sæpe facit ad auxesin, ἐκτάμηναι, supra modum defatigari, ἐξασθενεῖν, valde debilitari. ἔκταράσσει, tertia persona pluralis.

d

s

Τὸν

Τὸν ἢ ἥδη κατ'αλημμένον ὁμοζύγω ἕτεροῦ θόρυβου φρονιδῶν ὀκνέχεται ἄπαιδ' ἰαπείδων ἐπιθυμία, γυναικὸς φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκείων πρὸς ασίαι, αἱ καὶ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς τὸς γείτονας διαπληθισμοί, αἱ ὅν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαί, τ' ἐμπορίας οἰκόνδυνοι, αἱ τ' γεωργίας διαπονήσεις· ὡσα ἡμέρα ἰδίαν ἢ κει φέρουσα τ' ψυχῆς ἐπισκότησι, καὶ αἱ νύκτες τὰς μεθήμερινὰς φροντίδας παραλαβῆσαι, ὅν τὰς αὐταῖς φαντασίαις ἑξαπατῶσι τὸν νοῦν.

**C L E N.** At iam occupatum coniuge alter tumultus curarum excipit, in orbitate prolium desiderium, uxoris custodia, domus procuratio, ministrorum præfectura, in contractibus damna, cum vicinis digladiationes, in foro concertationes, negotiationis pericula, agriculturæ labores. Vnaquæque dies propriam venit ferens animi caliginem. Et noctes diurnas curas excipientes in eisdem phantasiis fallunt mentem.

**B V D.** *Coniugio autem mancipatum curarum agmen excipit: in orbitate desiderium prolium, uxoris custodia, domestica procuratio, servilium officiorum constitutio, damna civilibus in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis forenses concertationes, negotiatio in alea, agricultura labores. Vnaquæque dies suam adfert animo caliginem. Iam verò noctes diurnas curas excipientes, per easdem rerum species imposturam menti factitant.*

ἥδη) iam. Quanquã huiusmodi particulæ, quas faciliè cōmonstrauerit Lexicon, non est necesse curiosius recensere, vt neq; quoties sese offeret casus Nominatiuus aut præsens Indicatiui primæ personæ: quãdo quidẽ has meditationes in hoc tantùm cōscripsimus, vt Verború themata, & casum Nominatiuú, Grāmaticis innixi præceptis, reperiamus.

Κατ'αλημμένον) λαμβάνω, Tempora sumit à λήβω, Futurum λήψω, Præteritum Actiuum λέλθα, & Atticè

Atticè εἰληφα, pag. 63, versu 31. Passivum εἰλημαι, Participium εἰλημένος. sic ἀκαταλαμβάνω, ἀκαταλημμένον, Accus. τὸν ἀκαταλημμένον.

Ὁμοζύγω) ὁμόζυγον, coniunx. Multa derivantur ab ὁμός, similis, ὁμόζυγον, eiusdem sententiæ & suffragij, ὁμόχρονον, coætaneus, ὁμόζυγος coniunx dicitur, quòd eiusdem sit iugi, & pari cum marito iungatur copula, ἀζυγός, id est, iugum. Dativus τῆ ὁμοζύγῳ tertiæ Declinationis.

Ἐτερον) ἑτερον, alter vel alius tumultus curarum, ἑτερον) tertiæ Declinationis. φροντίδων ἀ φροντίς.

Ἐκδέχεται) ἐκδέχομαι, excipio, ἀδέχομαι tertia persona singularis ἐκδέχεται) vt τύπτει).

Ἀπαίδεια) παῖς, παιδός, puer, proles: ἀπαις, ἀπαιδός, orbis, sine liberis. vnde ἡ ἀπαίδεια, orbitas, secundæ Declinationis, vt antè diximus ἀ σωτηρία, σωτήριον) fieri ἡ σωτηρία, salus, suprâ pag. 47, ver. 1.

Παιδων) liberorum, prolium, à Nominatiivo παῖς, παιδός.

Ἐπιθυμία) θυμός, animus, ἐπιθυμέω, concupisco, à Præpositione ἐπι, in, quasi in animo gero. ἐπιθυμία, desiderium, aviditas, concupiscentia.

Γυναικός) ἡ γυνή, γυνή, Genitiivus ἀ γυναικός, ab inusitato nomine γύναιξ. vide Heteroclitica pag. 88, versu 8.

Φυλακή) Verbalia plurima servant figuratam litteram secundi Aoristi, quæ in verbis quartæ Coniugationis est γ, si Futurum desinat in ξω, pag. 7. versu 1. Itaq; ἀ verbo σφάττω, iugulo, Futu. σφάξω, Aoristus secū. σφαγόν, Verbale nomen ἡ σφαγή, cædes: ἐπίτα

ἐπιτάττω, impero, ἐπιταγή, imperium: sic à φυλάττω  
custodio foret nomèn ἡ φυλαγή, custodia per γ: di-  
citur tamen φυλακή. siquidem huiusmodi imitarū,  
tenuis, aspiratæ, & mediæ magna est inter sese affi-  
nitas, tradúntq; operas mutuas, vt crebrò aliam  
pro alia reperias. Aut fit ἡ φυλακή à Nomine φύλαξ,  
custos τῆ φυλακῆ. vnde ἡ φυλακή.

Οἶκος ἐπιμέλεια) domus procuratio, cura, & diligē-  
tia. οἶκος, domus, tertiæ Declinat. ἐπιμελής, accura-  
tus, diligēs: vnde ἡ ἐπιμέλεια, diligentia: vt ἀληθία  
ab ἀληθής: de hoc sup. pag. 55, ver. 28. in ἀληθία.

Οἶκος ὁ οἰκέτης, famulus, primæ Declinationis, τῆ  
οἰκέτης, accentu circúflexo in vltima, pag. 116, ver. 19.

Προσασίαι) προΐσθμι, præideo & præsum, à πρὸ  
& ἴσθμι. προΐσθμαι, præficio, præfecturam confero.  
simplex Verbum ἴσθμι, Futu. ἴσσω, Præter. ἴσθην.  
ἴσθαι Palsi. ἴσθαι, ἴσθαι. Sic à composito προΐσθ-  
μαι, Præter. προΐσθαι, προΐσθαι. vnde ablato in-  
cremento fit duplex nomen Verbale ἡ πρόσασις, &  
ἡ προσασία, id est, præfectura, præfidentia, Plurale  
αἱ πρόσασιαι.

Αἱ χῆ) τὰ συμβόλαια βλάβαι) vim Articuli afficiē-  
tis Præposit. cum casu, pulchrè expressit Partic.  
damna ciuilibus in contractibus accepta.

Συμβόλαια) à βάλλω, Compositū συμβάλλω, quod  
præter alia significat pacisci, & contractus conuen-  
tūq; inire, vnde Verbale συμβολή, & inde συμβόλαιον,  
hoc est pactum & contractus. Firmè autem huius  
modi Verbalia à βάλλω & compositis efferuntur  
per σ, non α, vt βολή, προσβολή, καθάβολή. sic συμβολή,  
& inde συμβόλαιον, vt ἐπιβόλαιον, &c.

βλάβαι)

βλάβαι) βλάπτω, noceo: secūdus Aoristus ἐβλαβον, tanquā à themate βλάβω, pag. 97, ver. 15. Hinc Verbale βλάβη, damnum, per idem effertur characteri sticon, nempe β.

Γείτονας) ὁ γείτωρ, vicinus, ἡ γείτονος. habito Genitio, facile ad reliquos casus pueneris, τὸς γείτονας.

Διαπληκῆτισμοί) πλῆττω, percutio, Futurū πλήξω, Præt. Actiuum πῆλξα, πῆλγμαι, πῆλξα, πῆπληκῆσαι: vnde Verbale πλῆκῆς, percussor, & per metaphorā obiurgator & conuiciator: vnde Verbum πληκῆσιζο aut πληκῆσιζομαι. Illa enim in ἰζω & ἰζομαι passim à quouis deducuntur, vt doctis autoribus visum est: compositū διαπληκῆσιζομαι Verbū Deponens, id est, decerto, pugno, cōtendo. Futurū à πληκῆσιζω est πληκῆσιζω, Præterit. Actiuū πῆπληκῆσικα, Pass. πῆπληκῆσιζομαι. Vnde Verbale ablato incremento ὁ πληκῆσιζομός, pag. 84, ver. 23. sic à διαπληκῆσιζομαι Verbale διαπληκῆσιζομός. Vtrū verò recepta sint πληκῆσιζω, πληκῆσιζομαι, an tantū διαπληκῆσιζομαι, docebit assidua lectio: tantū ostendimus quo pacto verba fiant, quæ quidem nunc Actiua, nunc cōtrā Passiua, nunc Simplicia, nunc Composita solū in vsu versantur, quemadmodū apud Latinos recipiuntur Composita aspicio, conspicio, despicio, & inde aspectus, conspectus, despectus: nō autem Simplex specio, licet vsurpetur nomen species.

Δικασμοίσις) δικάζω, Futurum δικάσω, Præteritū Actiuum δέδικακα, Pass. δέδικασμαι, δέδικασαι, δέδικασαι: vnde Verbale τὸ δικασμόριον, forum iudiciale, tribunal. Dativus pluralis τοῖς δικασμοῖσις, tertiæ Declinatiōis. nā δικάζομαι, id est, lites ago, contēdo.

Συμ

Συμπλοκαὶ) πλέω, συμπλέω, συμπλέομαι, cōffligo, negotiū habeo cū aliquo. Verbale ἢ συμπλοκῆ, cōgressio, conflictus, secundæ Declinationis migrat e in o, vt sup. dictum pag. 21, ver. 21. in Ἰδία.

Ἐμπορίας) πόρϑ, quæstus, proventus, ἔμπορϑ, mercator, ἢ ἔμπορία, ἢ ἔμπορίας, secundæ Declin. à Πραϑοϑitione ζῆ & Nomine πόρϑ. vide sup. pag. 43, ver. 3. in Ἰσοκα πάθῃ.

Κίνδυνοι) Nominatiuus pluralis, à singulari δ κίνδυνϑ, periculum, pro quo Budæus posuit aleam.

Γεωργίας) γέα, & per Crasim γῆ, terra, ἔργον, opus, inde γεωργός, agricola, ἢ γεωργία, agricultura, ἢ γεωργίας.

Διαπονήσεις) πονέω, laboro, Futurū πονήσω, Præt. Actiuum πεπόνηκα, Passiuum πεπόνημαι, πεπόνησαι, Verbale ἢ πόνησις, pag. 84, ver. 27. secundæ Declin. Cōtractorū, ἢ πονήεις, αὶ πονήσεις, & crasi πονήεις, Compositum διαπονήσεις, à Nominatiuo διαπόνησις, à Verbo διαπνέομαι, excolo, elaboro.

Πᾶ(α ἡμέρα) ἡμέρα, dies, secundæ Declinationis, δ πᾶς, omnis. Fæmininum ἢ πᾶσα, Neutrū τὸ πᾶν.

Ἰδίαν) ἴδιος, proprius, Fæmininū ἢ ἴδια, τὴν ἴδιαν. Quomodo verò se habeant Fæminina Adiectiuorum, scriptum pag. 81, ver. 2.

Ἦκει) ἦκω, ἦκεις, ἦκει, venio, venis, venit.

Φέρε(α) φέρω, fero, participium ὀ φέρων, ἢ φέρεσα.

Ψυχῆς) ἢ ψυχῆ secundæ Declinationis, ἢ ψυχῆς.

Ἐπισκότησιμ) σκοτϑ, tenebræ, verbū σκοτῆω, Fut. σκοθήσω, Præteritum Actiuum, ἔσκοτηκα, Passiuum, ἔσκοτῆμαι, ἔσκοτησαι: vnde verbale ἢ σκοτῆσις, pag. 84, ver. 27, ἢ σκοθήσις, τὴν σκοτῆσιμ, Compositum



ἐπισκότησιρ, Nominatiuus ἢ ἐπισκότῃσις. Secunda  
 declinationis Contractorum, à verbo ἐπισκοπέω,  
 obtenebro.

Νύκτες) ἢ νύξ, τῷ νυκτός nox, noctis, Plurale αἱ νύκτες.  
 Μεθήμερινός) ἡμέρα, dies: μεθ' ἡμέραρ, per Apostro-  
 phon, pro μετὰ ἡμέραρ, propriè significaret post  
 diem, quia μετὰ iuncta Accusatiuo significat post:  
 verùm Articè capitur pro ἐν ἡμέρα, in die, per diem,  
 interdiu. Cæterùm quia ratione Apostrophi legis-  
 tur, μεθ' ἡμέραρ, τὰquam vnica dictio μεθήμεραρ, fit  
 inde Adiectiuum, ὁ μεθήμερινός, diurnus, ἢ μεθήμερι-  
 νός, Accusatiuus pluralis, τὰς μεθήμερινάς.

Φροντίδας) ἢ φροντίς, ἢ φροντίδαι, τὰς φροντίδας.  
 Παραλαβῆ(αι) λαμβάνω, secundus Aorist. Act. ἔλαβον,  
 Participium ὁ λαβών, ἢ λαβῶσα, Compositum, παρα-  
 λαβῶσα, ἀ παραλαμβάνω, Plurale, αἱ παραλαβῶσαι.

Αὐταῖς) Dat. plur. ab αὐτή Pronomine relatiuo:  
 quod nō solùm significat ipsum, sed etiam capitur  
 pro eodem αὐταῖς φαντασίαις, eisdem phantasiis.

φαντασίαις) φαίνω, Fut. φανῶ, Præter. ἔφαγκα, Pal-  
 siuum, ἔφαμαι, ἔφανσαι, ἔφαν), Verbale φανός:  
 vnde verbum φανάζομαι. finge vocem actiuam φαν-  
 ἰάζω, Futurum φανίσσω, Præteritū Actiuū, ἔφαντα-  
 κα, Passiuū ἔφαντασμαι, secunda persona, ἔφαντα-  
 σαι. vnde nomè Verbale, ἢ φαντασία, pag. 84. ver. 27.

Secundæ declinat. Datiuus pluralis, τὰς φαντασίας.  
 Ἐξαπατῶσι) ἀπατάω, fallo, tertia pluralis, ἀπατάς,  
 Crasis, ἀπατῶσι, Compositum ἔξαπατάω, ἔξαπατῶσι.

Τότῳ ἢ φυγήμια, ὁ χαρισμός ἀπό τῆ κόσμου πατρός.  
 Κόσμος ἢ ἀναχώρησις, ὁ τὸ ἔξω αὐτῶ γονέων σωματικῶς,  
 ἀλλά ἢ πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τῶ ψυχῶ ἀπορρή-  
 ξαι,

ξαι, ἢ γνέσθαι ἄπολιμ, ἀνοικου, ἀνίδιου, ἀφιλαίτερον, ἀπὴ  
 μονα, ἀβιοι, ἀπράγμονα, ἀσιωάλλακτορ, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρω  
 πίνων διδαγμάτων, ἔτοιμοι ὑποδέξασθαι τῆ καρδία τὰς  
 ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐπινομηνας διαῦπώσεις.

C L E N. Horum autem fuga vna, separatio à mundo vniuer-  
 so. Mundi verò secessus, non extra ipsum fieri corpora-  
 liter, sed cum corpore consensu animum abrumpere, &  
 fieri extorrem, sine domo, carentem proprio, nescium  
 sodalitatatis, inopem, sine facultatibus, vacantem negotiis,  
 alienum à contractibus, rudem humanarum disciplina-  
 rum, paratum admittere corde ex diuina doctrina inge-  
 nitas informationes.

B V D. *Quarum rerum vna demum cautio est, si ab omni se mundo ab-  
 dicauerit, qui hanc vitare molestiam instituerit. Est verò secessus  
 à mundo, non extra mundum esse corpore, caterùm à consensu cor-  
 poris mutuáq; affectione animum abrumpere, non ciuem esse, non  
 domum possidere, non familiam, nihil proprium habere, non sode-  
 litatis officia, non amicitia colere, pradia nulla, nullas facultates  
 habere, negotiis vacare, iuris gentium contractus, humanásq; disci-  
 plinas non nosse: ita se comparare, cor vt humanum aptum sit ad-  
 mittere disciplinam ex diuinis monumentis informatam.*

Τῶν) Genitiuus pluralis Demonstratiui Neu-  
 tri generis τοῦτο, Masculinum ἕτ, Fæmininum  
 αὐτη, pag. 76. ver. 29.

Φυγή) φεύγω, fugio, secundus Aoristus ἔφυγον, Ver-  
 bale nomen ἡ φυγή, fuga. vide supra, pag. 59, ver. 29.  
 in φίλακί.

Μία)ς, vnus, pag. 11, ver. 30. Fæmininū μία, vna.  
 Χωρισμός) χωρίζω, separo, Futurum χωρίσω, Pra-  
 teritum ἔχωρικα, Passiuum κεχώρισμαι,  
 Verbale ὁ χωρισμός, pag. 84, ver. 30.

Κόσμος) ὁ κόσμος, mundus Genitiuus τοῦ κόσμου.

Παντός) ὁ πᾶς, τοῦ παντός, quintæ declinationis,

Ἄναχω

Ἀναχώρησις) χωρέω, Futurum χωρήσω, Præteritum Ἀκτιuum κεχώρηκα, Passiuum κεχώρημαι, κεχώρησαι. Verbale χώρησις, pag. 84, ver. 27. Compositum ἀναχώρησις, secessus, ab ἀναχωρέω secedo.

Τὸ ἔξω αὐτῆς γενέσθ) Articulus τὸ afficit orationē quæ cōstat ex Infinitiuo, id nēpe extra mūdú esse.

Ἐξω αὐτῆς) Aduerbiu cum Genitiuo. quibusdam Latinorum Præpositionibus respondent Græcorum aduerbia.

Γενέσθαι) γίγνομαι, secundus Aoristus medius ἐγενόμην, pag. 107, ver. 10. Infinitiuus γενέσθαι, vt τυπέσθ) ab ἐτυπόμην.

Σωματικῶς) τὸ σῶμα, corpus, τὸ σῶματιος, inde Adiectiuum σωματικός, corporalis, Genitiuus pluralis τῶ σωματικῶν, à quo Aduerbiu σωματικῶς, migranteν in σ, pag. 80, ver. 5.

Πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας) scripsimus suprà pag. 14, versu 22. in voce δμοιότητη, cuiusmodi dictionibus addatur Præpositio πρὸς. Budæus vertit συμπάθειαν πρὸς τὸ σῶμα, corporis consensum & mutuam affectionem.

Συμπαθείας) πάσχω, patior, secundus Aorist. ἔπαθον à πῆθω, vnde Nomina ἀπαθής, δπαθής, &c. per α & θ. sic à Cōposito συμπάσχω, id est, condoleasco, & alienis incommodis afficio siue tangor, fit συμπάθής, qui eiusdem est affectus. vnde Substantiuū ἡ συμπάθηα, quasi dicas condolentia, naturalis ille consensus animi cum corpore.

Ἀπορρήξαι) ῥήγνυμι, frango, rumpo, Futurum ῥήξω, pag. 114, ver. 30. Aoristus pri. ἔρρηξα, Infinitiu. ῥήσαι, Compositum ἀπορρήξαι, abrumpere, ab ἀπορρήγνυμι  
c per ge

per geminum ερ, pag. 114, ver. 21.

Ἀπολιμ)ή πόλις, ciuitas, vnde ἄπολις, extorris, qui ciuitate destituitur aut caret, qui non est ciuis.

Magnus hoc loco catalogus eorū quę fiunt per α, particulā priuatiuā, quæ quidē Budęus non eadē semper voce reddidit, licet compositionis ratio sit vna in omnibus: ideóq; vt in cæteris, ita & in istis iuuabimur copia, vt nobis obuia sint quæcunque scitè & commodè priuationem significant: deinde cōminiscamur apta verba, quibus negationem tribuamus, ἄπολιμ γονέαθ, vertit, non esse ciuem, ἄοικον non possidere domum, nō familiam: quę quidem multis aliis verbis & rectè verti possunt, ἄπολιμ γονέαθ, ciuitatem ignorare, ciuitate carere, ciuitate destitutum esse: & item alio & alio pacto, vtcunq; commodum erit negationem explicare.

Ἄοικον Quoties α præfigitur Vocalibus, solet interseri ν, ἄξιος, dignus, ἀνάξιθ, indignus. verum id non est perpetuum, vt ἄερθ, ἄυπνθ, ἄόραθ, ἄοκνθ, ἄωρθ, ἄωθ: sic ab οἶκθ, domus, adiectiuū formatur ἄοικθ, qui domo caret.

Ἀνίδιον)ιδιθ, proprius, priuatus: ἀνίδιθ, qui nihil habet propriū quod sibi peculiariter vendicet.

Ἀφιλέταυρον)έτᾱρος, sodalis, amicus, φιλέταυρθ, sodalium studio sus, & amicitiam colens, ἀφιλέταυρθ, qui sodalitatis & amicitie officia non colit.

Ἀκλήμονα)κλήομαι, acquirō, possideo. ἀκλήμων, inops, qui prædia non habet. Multa in μων deducuntur à Futuro vocis Ἀετιυα, μνάομαι, reminiscor. Futurum Ἀετιuum esset μνήσω, inde μνήμων, memor: sic à κτάομαι, Futurum Ἀετιuum κήσω, vnde si rece

si receptum esset, diceretur κτήμων, opulentus, qui multa possidet: hinc ἀκτήμων, qui possessionibus destitutus est, Genitiuus ἀκτήμονος, Accusatiuus τὸν ἀκτήμονα.

Ἄβιον) βίος, vita, victus, & facultates quibus vita sustinetur, quæq; ad usum vitæ pertinet: hinc ἄβιος, iis dicitur, qui iis rebus caret.

Ἀπράγμονα) πράγμα, res: capitur pro negotio & molestia, vt παρέχῃ πράγματι, facessere, negotium. hinc fit ἀπράγμων, qui nec aliis exhibet negotium nec ipse libeter negotiis inuoluitur, ἄπράγμωνος.

Ἀσωάλλακτον) ἀλλάττω, inde σωαλλάττω, contraho, paciscor, in eo contractus & cōuenta, tertia persona Præteriti Pass. σωήλλακτον, Verbale σωάλλακτον, pag. 84, ver. 30. vnde ἀσωάλλακτον, vt δουκάδεικτον ἀκατέχω, sup. pag. 57, versu 2.

Ἀμαθῆ) μαθάνω, discō, sec. Aoristus ἔμαθον ab in usitato μαθέω. hinc ἀμαθής, Genit. ἀμαθέος primæ Decl. Contract. ἄμαθία, crasis ἀμαθῆ, id est, rudē, nescium, indoctum. Crebrò verò Genit. habet ista Adiectiua, quæ fiunt ex particulis, α, εν, ους, quorū exempla sunt passim obuia.

Ἀνθρωπίνων) ἄνθρωπος, homo, ἀνθρώπινος, humanus.

Διδασμάτα) διδάσκω, à διδάχω facit Præteritum. Pass. διέδισμαι, Verbale τὸ διδάσμα, pag. 84, versu 26. τὸ διδάσκει ἢ διδάσκατος.

Ἐποδέξασθαι) δέχομαι, Futurum δέξομαι, Aorist. primus ἐδέξαμην, Infinitiuus δέξασθαι, Compositū Ἐποδέξασθαι.

Καρδία Darius à Nominatiuo ἡ καρδία secundæ Declinationis

Θείας) ὁ θεός, Deus, inde ὁ θεῖος, diuinus.

Διδασκαλίας) Genitiuus à Nominatiuo ἡ διδασκαλία à διδάσκαλος.

Ἐπινομιέας) γίνομαι, Participium γινόμενος, ἢ γινόμενή, τὰς γινομένας. Compositū Ἐπινομιέας ab ἐγγίνομαι, intus generor, innascor, quasi intus fio.

Διατύπωσις) à Nomine τύπος, fit verbum τυπώω, Futurum τυπώσω, Præt. Actiuum τετύπωκα, Passiuum τετύπωμα, τετύπωσαι, vnde Verbale ἡ τύποισις, pag. 84, ver. 27. αὐτῆς τυπώσεως, Accusatiuus pluralis τὰς τυπώσεις, crasis τυπώσεως, Compositum διατύπωσις, à verbo διατυπώω.

Ἐτοιμασία ἢ καρδίας, ἢ ἀπομάθῃσις τῶν πονηρῶν σιωνδεῖας προκατασχόντων ἀπὸ διδασκάλων.

CL EN. Præparatio verò cordis, obliuio ex praua cõsuetudine antè occupantium ipsũm doctrinarum.

BVD. Est autem huiusmodi cordis cõparatio, quum ea doctrina dediscuntur, quæ praua consuetudine sedem in ipso occupauerunt.

Ἐτοιμασία) ἐτοιμάζω, Futurum ἐτοιμάσω, Præteritum Actiuum ἠτοίμακα, Passiuū ἠτοίμασμαι, ἠτοίμασαι: vnde ἡ ἐτοιμασία Verbale.

Ἀπομάθῃσις) μαθαίνω, Tempora sumit à μαθέω, Futurum μαθήσω, Præteritum Actiuum μεμάθηκα, Passiuum μεμάθημαι, μεμάθησαι. vnde ἡ μάθῃσις: inde ἀπομάθῃσις, ab ἀπομαθαίνω.

Σιωνδεῖας) σιωνδεῖς, consuetus, ἢ σιωνδεῖα, consuetudo, αὐτῆς σιωνδεῖας, sup pag. 55, ver. 28. in ἀληθεία.

Προκατασχόντων) ἔχω, secundus Aoristus ἔσχον à verbo σχέω, pag. 110, versu 6. Participium σχόντων, σχόντων, τῶν σχόντων. Compositum autem προκατασχόντων à κατέχω: inde προκατασχόντων à προκατέχω, id est, prius

prius occuro. Præpositio *πρὸ* in Compositis quandoque præcedens tempus indicat, ut apud Latinos præ in verbo præuerto & consimilibus.

Οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ καταλείψαντα τὰς ἀκαποικμένους χαρακτῆρας, ὅτε ψυχῆ λόγματα θεῶν παραθέσθαι, μὴ τὰς οὐκ ἔδους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα.

Neque enim in cera scribere possibile, non delentem infitos characteres, neque animæ placita diuina accommodare, non ex consuetudine anticipatas opiniones ex ea eximentem. CLEN.

*Nam neq; in tabulâ cerei scribere possit, nisi prius literas induxeris, quæ antè scriptæ fuerunt, neq; animæ prius diuina placita accommodari, quàm anticipatas opiniones ab ea exemerit.* BVD.

Κηρῷ) Dativus à Nominatiuo ὁ κηρὸς cera, tertix Declinationis.

Γράψαι) γράφω, scribo, Aoristus primus ἔγραψα, Infinitivus γράψαι.

Δυνατὸν) δύναμαι, possum, verbum Deponēs secundæ Coniugationis in μι, ut ἴσασμαι. finge vocem Activam δύνωμι, Futurum δυνήσω, Præteritū Activum δεδύωκα, Passivum δεδύαμαι per α. quia semper penultima Præteriti Passivi verborum in μι est brevis, pag. 47. ver. 26. tertia persona δεδύα), Verbale ὁ δυνατὸς, ἡ δυνατὴ, τὸ δυνατὸν, possibilis, possibile.

Καταλείψαντα) λείπω, & inde καταλείνω, deleo. Futurum λείπω, Aoristus primus ἔλενα, Participiū λείπων, λείπωντι, τὸν λείπωντα, καταλείπωντα. Posuit Budæus hoc loco verbum Inducere, cuius usus est propriè, quum de opere tectorio sit sermo: & probolere capitur. Suetonius, Amplissimis verbis collatum in integrum restituit, inducto priori de-

creto. Et alio loco, Multa & deleta & inducta, & superscripta inerant. Siquidem illito chartis attramēto, tanquam delentur quæ prius scripta fuerāt. Vide Commentar. Budæi in verbo ἔμπλάττω. Cæterùm μὴ καταλείψαι τὰς χαρακτῆρας, vertit, Nisi prius literas induxeris. Nam Participia significationis præteritæ quæ nō sint Latinis à verbo Ἀκτιuo, necesse est ut utamur verbo Præteriti tēporis, nisi prius induxeris, vel, vbi non induxeris: aut capiamus Participiū Præteriti Passiui, & orationem Ἀκτιuam commutemus in Passiuam, κατὰλείψαι τὰ τὰς χαρακτῆρας, inductis literis, siue deletis characteribus.

Ἐναποκειμένος ) κῆμαι, iaceo : pagina 101, ver. 27. Compositum ἀπόκειμαι, hinc ἐναπόκειμαι, Participiū ὁ ἐναποκείμελος.

Χαρακτῆρας ) χαρατῶ, sculpo, imprimo, tertia persona Præteriti Passiui κεχάρακτο : vnde ὁ χαρακτῆρ Verbale, pag. 84, ver. 30.

Δόγματα ) τὸ δόγμα, Verbale à δόκω, aut potius inusitato themate δόκω, Præteritum Passiuum λέδογμαi: hinc δόγμα, pag. 84, ver. 26.

Παραδέσθαι ) διέσθαι secundus Aoristus medius Infinitiuus à τίθειμαι, pag. 64, ver. 7, παρατίθειμαι, παραδέσθαι.

Ἔδης ) τὸ ἔδω, ἔδει, Crasis ἔδης, ut τέχης.

Προλήψις ) λαμβάνω, Futurum λήψω à λήβω, Præteritum Ἀκτιuum λέληφα, Passiuum λέλημμαι, λέληψαι, Verbale ἡ λήψις, pag. 84, ver. 27. τῆ λήψεως, Accusatiuus Pluralis, τὰς λήψεις, λήψεις per Crasin : sic πρὸ λήψις, τὰς πρὸ λήψεις, Crasis πρὸ λήψις, à Composito



posito προλαμβάνω.

Ἐξελόν(α) ἐξαίρω, eximo, simplex αἶρω, secundus Aoristus capitur ab ἔλω, & est εἶλον, Participium ἔλωμ, ἐλόνη(σ), Compositum ἐξελώμ, ἐξελόνη(σ), Accusatiuus τὸν ἐξελόνη(α).

Πρὸς δὴ τ(στο) μέγιστον ὄφελ(σ) ἡμῶν ἢ ἐρημία παρέχε(σ), κατευναῖστα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολῶν διδύστα (σ) λόγῳ, παντελῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ὀλίμεῖν.

Ad verò hoc maximam vtilitatem nobis solitudo præbet, consopiens nostras perturbationes, & otium dans rationi, omnino ipsas ex anima elidendi. C L E N.

Ad id autem assequendum solitudo grande operæpretium adfert, utpote qua perturbationes animi consopire solita sit, spatiūque deinde indulgere, ut ratiocinationis ipsas stirpitus ex anima elidendi. B V D.

Πρὸς δὴ τ(στο) ad id autem: dictionem Assequendum explicandi gratia posuit, quomodo solet Cicero usurpare Prepositionem Ad, ut commodum subaudiatur Gerundium.

Μέγιστον) Superlativus à μέγας, pag. 84, ver. 3.

Ὄφελ(σ) vtilitas, nomen Neutrum, ut τείχ(σ).

Κατευναῖσ(α) δύνη, cubile, δυνάξω, sopio, Compositum κατευναῖξω, Participiū κατευναῖξωμ, ἢ κατευναῖστα, utpote quæ consopire solita sit. Sæpius Imperfectum reddunt per Solet aut Consuevit.

Διδύστα) Participium præsens Fæmininum à δίδωμι, pag. 68, ver. 26.

Ἐλίμεῖν) τέμνω, secundus Aoristus ἔτεμον, pag. 115, ver. 31. Infinitivus τεμεῖν: sic ὀλίμενω, ὀλίμεῖν.

Ὡς καὶ τὰ θνητὰ δικάζονται εἰς τὴν κατὰ ψυχθέν(α), ὧς τὼς ἐπιθυμίας, καὶ ὄργαι, καὶ φόβοι, καὶ λύπαι, τὰ ἰοβόλα τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέν(α) διὰ τῆς ἡσυχίας, καὶ μὴ ἐξαγρια-

νόμῳ (ᾧ) συνεχῆ ἐρεθισμῶ, ἀκαταγωνιστότερα τῆ δυνάμει τῆ λόγῳ γίνε).

**C L E N.** Vt enim ferae faciles superatu sunt permulsa, sic concupiscentia, & ira, & pauores, & moerores, venefica animae mala, consopita per quietem, & non exasperata assiduo irritamento, superabilia vi rationis fiunt.

**B V D.** Vt autem fera bestia blanda manu permulsa, leni certamine superantur: ita libidines, pauores, moerores, animae venefica mala, consuetudine consopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabilia deinde vi rationis fiunt.

Ἐκαταγωνισ(α) ἀγωνίζομαι, tertia persona praeteriti ἠγωνισαι, Verbale ἀγωνισ(ο)ς: pag. 84, ver. 30. Compositum καταγωνισ(ο)ς, superabilis, ἀκαταγωνίζομαι, vinco, supero, ἀκαταγωνισ(ο)ς, qui facile vincitur. Nam ἐν in compositis significat facile, proclive, pronū, bonum. vide sup. pag. 57, ver. 5, in δυσκάδειτοι.

Ἔσι) verbū Singulare iungitur Nomina. plurali Neut. generis θηρία more Attico, pag. 121, ver. 22.

Καταψηχθέν(α) ψήχω, Futurum ψήξω, Praeteritum ἔψηχα, Passiuum ἔψημαι, ἔψηξαι, ἔψηκ(ε), Aoristus primus ἐψηχθην, Participiū ὀψηχθεὶς, τὸ ψηχθῆν, τῆ ψηχθέντος. Plurale τὰ ψηχθέντα, Compositum καταψηχθέντα, ἀκαταψήχω.

ὄργαι) ira. Non hoc est in Budæi versione, nec eodem ordine recenset ut habent Græca: verum scribarum & typographorum incuria, multa in huiusmodi & omittere solet, & confundere.

